This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

UNIV.
OF
MICH.


1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

PHILOLOGISCHE
UNTERSUCHUNGEN

HERAUSGEGEBEN

VON

A. KIESSLING UND U. v. WILAMOWITZ-MOELLENDORFF.

SECHSTES HEFT:

ANALECTA ERATOSTHENICA

SCRIPSIT

ERNESTUS MAASS.

BERLIN
WEIDMANNSCHE BUCHHANDLUNG.
1883.

ANALECTA ERATOSTHENICA

SCRIPSIT

ERNESTUS MAASS.

BERLIN
WEIDMANNSCHE BUCHHANDLUNG
1891.

DE ERATOSTHENIS QUI FERUNTUR CATASTERISMIS

SCRIPSIT

ERNESTUS MAASS.

BEROLINI

I.

„Catasterismorum" quae superest Epitome in codicibus aut sine titulo fertur[1]) aut *ἀστροθεσίαι ζῳδίων* inscripta est[2]). Quodsi in communi codicum archetypo omnino ulla inscriptio exstitit, *ἀστροθεσίαι* — non *καταστερισμοί*, quod praeeunte Fello receptum est — exstitisse censendum. Fellus ipse ad illum eligendum titulum duobus locis sese dicit permotum, quorum alter est Suidae s. v. *Ἐρατοσθένης* articulus: *Ἔγραψε δὲ φιλόσοφα καὶ ποιήματα καὶ ἱστορίας ἀστρονομίαν ἢ καταστερισμούς κτλ.* At lexicographus — sive ipse sive Hesychius sive denique Hesychii epitomator — verbis *ἢ καταστερισμούς* id quod antecedit explicare voluit: neque igitur in *καταστερισμούς* sed in *ἀστρονομίαν* genuinus quidam titulus quaerendus est. Quamquam quis unquam '*ἀστρονομίαν*' dixit 'Catasterismos'! Si ad Byzantinorum placet provocare inscitiam, libellus iste quantum apud eos innotuerit consideretur: quem qui noverat 'astronomiam' vocare nisi perverse non potuit. Adde quod alibi Eratosthenis opus *ἀστρονομία* inscriptum nusquam commemoratur. — Contra vel hodie sub *ἀστροθεσιῶν* nomine Epitoma circumfertur; '*ἀστροθεσίαν*' Byzantini, cum Arati Phaenomena complures in partes dividerent, primam quae est de astrorum fixorum casibus causisque ⟨v. 1—450⟩ ad-

[1]) In Bodleiano — inter Baroccianos 119 — s. XV 8° chartaceo, unde Fellus eam primus edidit, et Matritensi de quo cf. Iriartii catalogum *p.* 242.

[2]) In Laurentiano — plut. XXXVIII cod. 37 — s. XV 4° chartaceo et Vindobonensi, de quo cf. *Buhlium* II *p.* 380. Florentinum et Oxoniensem ipse examinavi.

pellaverunt[3]): porro quam illi *ἀστροθεσίαν* vita apud Westermannum *β* dicit *καταστέρωσιν*[4]). Iam sentis me pro ACTPONOMIAN, quod ferri nequit, reponere velle 'ACTPOΘECIAN'.

Deinde Fellus Achillis utitur testimonio, quod de 'Catasterismorum' sylloga exstat *p.* 146 E *Petavius*[5]): *Περὶ δὲ τούτου* (de circulo lacteo) *Ἐρατοσθένης ἐν τῷ καταστερισμῷ λέγει μυθικώτερον τὸν γαλαξίαν κύκλον γεγονέναι ἐκ τοῦ τῆς Ἥρας γάλακτος κτλ.* Posse verbis *ἐν τῷ καταστερισμῷ* titulum significari non nego, posse vero etiam argumentum conlato nunc articulo Suidiano concedendum est. Quodsi neutra interpretatio ullam habet necessitatem, hoc loco omnino abstinebimus[6]).

II.

Multa et egregia Robertus praestitit, quibus ad pristinas copias 'Catasterismorum' syllogam revocaret. Praetermisit cum alios tum Cosmam Hierosolymitanum Gregorii Nazianzeni interpretem, saeculi VIII scriptorem, quem ex codice Vaticano — antiquo ut videtur admodum — Angelus Mai edidit in *Spicilegii Romani vol.* II *p.* 147 *s* ⟨*praef. p.* XV⟩: unde quae ad Epitomam supplendam faciant proponam.

Ἑλλήνων οἱ σοφοὶ πολλὰς περὶ πολλῶν δόξας ἐκθέμενοι καὶ μάλιστα περὶ τῶν ἄστρων τῶν πολλῶν ἀπεσφάλησαν· ἐκεῖνοι δὲ ταῖς εἱμαρμέναις συνηγορεῖν ἐθέλοντες ὧδε περὶ ἀστέρων ἐξ-

---

[3]) Velut post Procyonis v. 450 mentionem in recensione Planudea — servata cum alibi tum in codice Barberinio 955 s. XV chartaceo et Barocciano 78 — subscribitur: *ἕως ὧδε τὰ τῆς ἀστροθεσίας.* Quae cum nondum in scholiis inveniantur Marcianis ⟨cf. infra adn. 31⟩, irrepserunt in apographa, velut Aldinum, unde apud Bekkerum *p.* 90 *sq.* legitur: (*πληρώσας τὰ περὶ τῆς ἀστροθεσίας*) *ἐπιφέρει.* Uncis inclusa in codice Marciano desunt.

[4]) *P.* 56, 15 *s.*: *ἐστὶ δὲ τριχῶς Φαινομένων αὐτοῦ πραγματεία· καταστέρωσις καὶ* ⟨*περὶ*⟩ *συνανατελλόντων καὶ συνδυόντων καὶ προγνώσεις διὰ σημείων.*

[5]) *Eratosthenis Catasterismorum reliquiae rec. C. Robert.* XLIV *p.* 198.

[6]) *Bernhardyus, Eratosthenica p.* 115 de re consentit, de sanandi ratione prorsus erravit, cum scriberet: *ἀστρονομίαν ex liberalitate lexicographi provenisse videtur*: immo *καταστερισμούς.*

ἔδωκαν· λέγουσιν Ἀριάδνης τινὰ στέφανον καὶ Βερενίκης πλόκαμον, τοιαῦτά τινα παραληροῦντες·

Ἀριάδνη, φησί, θυγάτηρ Μίνωος ὑπῆρχε τοῦ Κρητῶν βασιλέως ἐλθόντος Θησέως ἐπ' ἀναιρέσει τοῦ Μινωταύρου· ἐκ τοῦ οὖν Θησέως ἔλαβεν αὐτὴν ὁ Διόνυσος καὶ ἀνήγαγεν αὐτὴν ἐν τῇ Νάξῳ καὶ συνεμίγη αὐτῇ καὶ πρὸς τιμὴν αὐτῆς στέφανον ἐν τῷ οὐρανῷ δι' ἄστρων ὑπεζωγράφησεν[7]).

ἡ δὲ τοῦ πλοκάμου τῆς Βερενίκης ⟨ἱστορία⟩ ἐστὶν αὕτη· Βερενίκη γυνή τις ἦν τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Πτολεμαίου τοῦ Εὐεργέτου καλουμένου· τοῦ οὖν ἀνδρὸς αὐτῆς Πτολεμαίου ὄντος ἐν πολέμοις ηὔξατο, ὅτι, εἰ ὑποστρέψει ἄτρωτος, τὸν πλόκαμον ἀποκείρασα τὸν ἑαυτῆς ἀναθήσει ἀνάθημα ἐν τῷ ἱερῷ· καὶ ἀνέθηκε Βερενίκη· Κόνων οὖν τις ἦν ἀστρονόμος ἐπὶ τῶν αὐτῶν χρόνων καὶ πρὸς κολακείαν αὐτῆς φησιν, ὅτι οἱ θεοὶ τὸν πλόκαμον τοῦτον ἐν ἄστροις μετέθηκαν ⟨ἐπέθηκαν cod.⟩· καὶ νῦν μέν ἐστί τις βοτρυοειδὴς[8]) θέσις ⟨τεθεὶς cod.⟩ ἀστέρων ἐν τῷ οὐρανῷ, ὃν καλοῦσι πλόκαμον Βερενίκης[9]).

Ὁμοίως φασὶ περὶ Κύκνου· Ζεὺς ἐρασθεὶς ὡς μέν τινές φασι τῆς Νεμέσεως, οἳ δὲ Λήδας, βουλόμενος συγγενέσθαι καὶ μὴ ὁραθῆναι ὑπὸ τῆς Ἥρας ἐξωμοιώθη κύκνῳ καὶ συνεγένετο τῇ ἐρωμένῃ· νῦν οὗτος ὁ κύκνος κατηστερίσθη ἐν τῷ οὐρανῷ καί ἐστί φησιν[10]) ὑποζωγραφηθεὶς δι' ἄστρων ὁ Κύκνος.

Περὶ δὲ Ταύρου φασίν· ταῦρός τις ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἀνεδόθη περὶ τὴν Ἑλλάδα. οὗτος ἐλυμαίνετο τὴν χώραν καὶ ἐσίνετο πολλά· ἐπὶ τοῦτον ἐλθὼν ὁ Θησεὺς ἀνεῖλεν αὐτόν· καὶ βουλόμενοι οἱ θεοί φησι μέγα δεῖξαι τοῦ Θησέως τὸ ἔργον καὶ θεραπεῦσαι καὶ τὸν Ποσειδῶνα κατηστέρισαν τὸν ταῦρον ἐν τῷ οὐρανῷ· καί ἐστι δι' ἀστέρων ὑποζωγραφηθείς[11]).

Περὶ δὲ Λέοντός φασιν, ὅτι λέων τις ζῷον ἄγριον ἦν ἐν τῇ Νεμέᾳ (χώρα δὲ αὕτη τῆς Πελοποννήσου)· οὗτος οὖν ὁ λέων

---

7) *Catast.* V *p.* 67.

8) *βοτρυοειδὸς codex.*

9) *Ib.* XII *p.* 99.

10) *Ib.* XXV *p.* 142.

11) *Ib.* XIV *p.* 106. Paullo post *δι' ἄστρων* scripsi ex coniectura: *καὶ ἄστρον codex.*

ἐλυμαίνετο τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ· Εὐρυσθεὺς οὖν βασιλεὺς τῶν Μυκηνῶν καὶ μηνίων τῷ Ἡρακλεῖ πέμπει τὸν Ἡρακλέα ἐπ' ἀναιρέσει τοῦ λέοντος· καὶ ἐλθὼν ὁ Ἡρακλῆς ἀνεῖλεν αὐτόν· οἱ δὲ θεοί, φησι, βουλόμενοι τὸν ἀγῶνα τοῦ Ἡρακλέους ἐπίδοξον ποιῆσαι δι' ἀστέρων αὐτὸν τὸν λέοντα ἐν τῷ οὐρανῷ ἐζωγράφησαν[12]).

Περὶ δὲ τοῦ Ὀφιούχου φασίν· οὗτος ὁ Ὀφιοῦχος Ἀσκληπιός ἐστιν ὁ τῆς ἰατρικῆς ἔφορος· σύμβολον δὲ ὁ ὄφις τοῦ ἀγήρω. λέγεται γὰρ ἀποδύεσθαι τὸ γῆρας ὁ ὄφις καὶ ἀνανεοῦσθαι· ἐπεὶ οὖν Ἀσκληπιὸς διὰ τῆς ἰατρικῆς ἀνανεοῖ τὰ ἀνθρώπινα σώματα ποιοῦσιν αὐτὸν μετὰ τοῦ Δράκοντος· θέλοντες οὖν αὐτόν, φησιν, οἱ θεοὶ ἀντὶ ἀγάλματος ἀνιερῶσαι δι' ἄστρων ἀνέθηκαν ἐν τῷ οὐρανῷ[13]).

Περὶ Οὐρίωνός φασιν. (a)[14]) Οὐρίων οὗτός ἐστιν ὁ καταστερισθείς· ἐστὶ δὲ οὗτος ἐκ τοῦ οὐρῆσαι τοὺς θεοὺς ἐν τῇ βύρσῃ τοῦ βοὸς τοῦ σφαγέντος ἐπὶ τῇ τῶν θεῶν φιλοξενίᾳ ὑπὸ Θηβαίων βασιλέως γεννηθείς· Οὐριεύς[15]) τις τῆς Βοιωτίας ἦν βασιλεύς· οἱ θεοὶ βουληθέντες ἰδεῖν, εἰ φιλοξενοῖ, ὡς ἄνθρωποι ἦλθον πρὸς αὐτὸν ὡς φιλοξενησόμενοι ὑπ' αὐτοῦ[16]). ὃ δὲ ἐδέξατο καὶ ἔθυσε βοῦν καὶ ἐξένισεν αὐτούς· ξενισθέντες καὶ ἐξερχόμενοι οἱ θεοὶ εἶδον τὴν βύρσαν τοῦ σφαγέντος βοὸς κειμένην κάτω· καὶ οὐρήσαντες οἱ θεοὶ εἰς αὐτὴν ἐποίησαν ἐξ αὐτοῦ τοῦ οὔρου καὶ τῆς βύρσης τὸν Οὐρίωνα· (b) οὗτος ⟨ἀνὴρ⟩ γενόμενος ἠράσθη τῆς Ἀρτέμιδος· αὕτη δὲ σκορπίον ἀνήνεγκε κατ' αὐτοῦ, καὶ κρουσθεὶς ἓν τῶν σφυρῶν ἀπέθανεν· οἱ οὖν θεοὶ ἐλεήσαντες αὐτὸν ὑπεζωγράφησαν ἐν τῷ οὐρανῷ μετὰ τοῦ σκορπίου.

Iterato illo φησιν[17]) consequitur Cosmam omnia sua eodem ex auctore derivasse. Eratque is Catasterismorum auctor qui fertur Eratosthenes: id quod unum quemque diligens docet com-

12) *Ib.* XII *p.* 96.

13) *Ib.* VI *p.* 68.

14) Ex Epitoma excidit. — '*Recte monet Wilamowitzius, ex vocabulo Epitomae* αὐξηθέντα ⟨*ἄλλοι δέ φασιν*, αὐξηθέντα *τοῦτον ἐρασθῆναι τῆς Ἀρτέμιδος*⟩ *concludendum esse, in Catasterismis Aristomachi de Orionis ortu narrationem antecessisse*' adnotat *Robertus p.* 146.

15) ὁ *ἱερεύς et codex et Matus.* Correxit Wilamowitzius.

16) *φιλοξενισθέντες codex.*

17) Dixit de eo Wilamowitzius apud *Robertum p.* 86 b.

paratio. Nec spernendam hanc duco cognitionem, quoniam inde patescit — quod quamvis per se probabile probatum tamen nondum erat — saeculo octavo codices exstitisse communi eorum qui supersunt Epitomae archetypo multo copiosiores. Inter 'Catasterismos' igitur etiam ultima quae Orionem subsequitur de Erigone narratio referenda, quae ex Epitoma excidit: *Περὶ δὲ Ἠριγόνης φασίν, ὅτι αὕτη θυγάτηρ ἦν τοῦ Ἰκαρίου· Ἰκάριος δὲ Ἀθηναῖός ἐστι τὸ γένος· λέγεται μὲν οὖν ὁ Διόνυσος ἐφευρεῖν τὸν οἶνον· αὐτὸν γάρ φασιν Ἕλληνες ἔφορον τῆς ἀμπέλου· οὗτος ὁ Διόνυσος ἐλθὼν ἐν Ἀθήναις Ἰκαρίῳ τινὶ περιτυχὼν δέδωκέ φησιν αὐτῷ κλῆμα ἀμπέλου φυτεῦσαι· καὶ ἐφύτευσε καὶ ἐγεώργησεν οἶνον· καὶ αὐτὸς ἔπιε καὶ ἔδωκε ποιμέσι πιεῖν· οἱ δὲ ποιμένες μεθυσθέντες διὰ τὸ ἐκ παραδόξου πρῶτον πιεῖν νομίσαντες φαρμαχθῆναι παρὰ τοῦ Ἰκαρίου ἀποκτείνουσιν αὐτόν· ἡ δὲ τούτου θυγάτηρ Ἠριγόνη διὰ τῆς κυνὸς γνοῦσα ὅτι τέθνηκεν ἐποτνιᾶτο καὶ ἤσχαλλεν· ταύτην δέ φησιν ἐλεήσαντες ⟨οἱ θεοὶ⟩ διὰ τὸ πάθος, μετέθηκαν αὐτὴν εἰς τὸν οὐρανόν· καὶ νῦν ἐν τοῖς ἄστροις ἐστὶν ἡ Ἠριγόνη·*[18])

Utar hac Cosmae narratione, si ad Erigonae historiolas quae exstant examinandas pervenero. Nunc de origine 'Catasterismorum' qui feruntur Eratosthenis pergam.

III.

Ex quo igitur praeclara Roberti commentatio simul cum reliquiarum sylloga prodiit, quaestio illa de Eratosthenis auctoritate inde a Valckenario[19]) a variis varium in modum tractata eo

[18]) Pergit Cosmas: *περὶ μὲν οὖν τῶν ἀνατεθέντων, ὡς Ἕλληνες ληροῦσιν, ἱκανῶς ἔχει.* Cosmam exscribit *Nonnus ad Gregor. Naz.* ⟨*Myth. gr. ed. Westermann. p.* 373⟩, quem legi in Gregorii codice Bodleiano. — *Libanius* ⟨*ib.*⟩ eo differt quod in pastorum Atticorum locum Thraces suffecit: quam novationem scriptoris arbitrio tribuerim. — Exigua porro inter 'Catasterismos' (= Cosmam) et 'Catalogos' ⟨= *schol. ad Il. X* 69; *p.* 39 *Robert.*⟩ haec interest discrepantia, quod hi pastorum alios ebrios factos, alios Icarium occidisse exponunt, illi minus accurate occisores Icari eos volunt, qui vino cupidius hausto ebrii erant facti. Talia excerptoris licentiae condonanda sunt.

[19]) *Opusc.* II *p.* 69.

perducta est, ut ex genuino quodam Eratosthenis opere '*Κατάλογοι*' inscripto hodiernam libelli exilitatem saeculorum decursu sensim contractam esse a peritis harum rerum existimatoribus uno consensu iudicetur. Necessario tamen postulandum est, ut, quod in fabulari 'Catasterismorum' historia pertexenda Robertus praestitit, id de altera quoque eorum parte, quae in rerum astronomicarum versatur descriptione, denique de interpretationis Arateae, quacum manifesto cohaerent, memoria instituatur. Sive igitur ad eundem finem atque Robertum sive ad contrarium haec me via deductura est, inire nunc et, quousque fieri potest, eam persequi decrevi.

1) Ab iis proficiscendum est, quae sub Ursa minore ⟨*p.* 58, 7 *Robert.*⟩ de polo leguntur: *Ἔχει δὲ ἀστέρας ἐπὶ μὲν ἑκάστης γωνίας τοῦ πλινθίου λαμπρὸν ᾱ· ἐπὶ δὲ τῆς κέρκου λαμπροὺς γ̄· τοὺς πάντας ζ̄. ὑπὸ δὲ τὸν ἕτερον τῶν ἡγουμένων κατώτερός ἐστιν ἄλλος ἀστήρ, ὃς καλεῖται 'πόλος', περὶ ὃν δοκεῖ ὁ κόσμος στρέφεσθαι·*

Dubitatum est, utrum ista quae describitur polaris inter septem Ursae minoris stellas an extra sideris conexum sit conlocanda. Fuere qui duas illas 'quae praecedunt' (*τὰς ἡγουμένας*) ad priores duas in cauda stellas referrent velut J. J. Scaliger[20]). Quibus praeeunte Petavio[21]) Schaubachius obloquitur[22]) censetque eas significari, quae totius sideris sint primae (*γ* et *β*); idque propterea censet, ne Catasterismi — quos credit esse Eratosthenis — eam stellam polarem videantur adgnovisse, quae ultima est in Ursae minoris cauda hodieque polo omnium proxima: quod profecto tertii a. Chr. saeculi astronomus contendere nullo pacto potuit. Facit igitur scriptorem — quamvis obscure — quodammodo unam ex iis stellis indicantem, quae, etiamsi non ad ipsum Ursae minoris sidus pertinerent, a polo tamen multo propius id temporis quam illa aberant. Concedi Schaubachio potest, locum Epitomes — ita dehinc suasore Roberto libellum superstitem vocabo — sic esse comparatum, ut illa

[20]) *De emendatione temporum* IV *p.* 284.

[21]) *Variae dissertationes ad Uranologium p.* 119 *s.* 130.

[22]) *Eratosthenis Catasterismi ed. Schaubach. ad h. l.*

quam proposuit explicatio non omni probabilitatis specie sit destituta. Subsidia igitur extrinsecus quae iam nobis suppetunt arcessamus. Ignorabant qui antea de hac re scripserunt auctius quoddam 'Catasterismorum' exemplar et scholiastis Germanici et Hygino, cum 'poeticum astronomicum' componeret, praesto fuisse: videndum est, quemadmodum horum ope ille Epitomae locus restituatur. Testem priorem scholiastam audiamus Basileensem ⟨*p.* 58, 7 *Robert*⟩: *Habet stellas in latere* IV *in quattuor angulis claras, et in cauda claras* III [*fiunt* VII]. *Sub iis maximum sidus* ⟨immo stella⟩ *adparet quod vocatur 'polus' a quibusdam, circum quod putatur totus orbis verti. Praedicti*[23]) *autem duo reliqui vocantur choreutae de circuitu.* 'Reliqui' illi vocantur duo, quia cum polari cuius mentio proxime antecedit in unum ultro coniunguntur: tres igitur evadunt stellae, eaeque ob id ipsum in cauda quaerendae sunt, quae tribus repraesentatur. Iam res etiam in Epitoma expedita dummodo ad scholiastae verba exigatur. Quas Epitome dicit ἡγουμένας, eae priores in cauda sunt ⟨$\bar{\delta}$ et $\bar{\varepsilon}$⟩; posterior quae eadem κατωτέρα est ibidem α hodieque fertur polaris. Et hoc quidem ab altero teste confirmatur Hygino, quem de genuina 'Catasterismorum' forma si agitur restituenda nunquam praetereundum esse Robertus effecit. Is ex pleniore 'Catasterismorum' libro haec excerpsit ⟨III, 1 = *p.* 59 *Robert.*⟩: *Sed infra priores caudae stellas una est infima, quae 'polus' adpellatur, ut Eratosthenes dicit; per quem locum mundus existimatur versari; reliquae vero duo choreutae dicuntur, quod circum polum versantur.* Quae cum ita sint, iure quaesieris, qua tandem ratione Petavius et Schaubachius probum Hygini testimonium — quod quidem iis adversetur quam quod maxime — de medio sustulerint: negant simpliciter quod non iam licet negare, veram 'Catasterismorum' sententiam Hyginum esse adsecutum[24]). Et hac quidem de controversia hactenus.

---

[23]) '*Praedicti*' illud Robertus adeo corruptum censet, ut de emendatione desperet. Fortasse '*προηγούμενοι*' vertere voluit homo ille linguae graecae ignarus.

[24]) *Ideler, Sternnamen p.* 9 $\bar{\beta}$ Ursae minoris intelligere mavult: at haec non in cauda cf. *Petavium p.* 119.

Invenimus 'Catasterismorum' auctorem in ea stella poli mundani situm posuisse quae hodie polaris dicitur: id quod non modo mirum, quoniam tertio ante Christum saeculo exeunte haec eadem stella non minus 13° a vero polo distabat, sed in Eratosthene, qui ob accuratam caeli observationem 'astronomiae conditor' praedicatur, prorsus incredibile. Nam cum consentaneum sit, ad poli locum designandum eam ex clarioribus stellis eligi, quae proxime ad illum accedit, excusari in homine astronomiae mediocriter perito id non potest, quod duas fere eiusdem splendoris stellas — paenultimam Draconis quae $\bar{\varkappa}$ dicitur tertiae magnitudinis atque $\bar{\beta}$ Ursae minoris secundae magnitudinis — dimidio propiores esse polo boreali omnino non intellexit. Quod ut penitus perspiciatur, harum trium intervalla, quae distabant a polo anno a. Chr. n. ducentesimo, ex Alberti Marthii astronomi Londinensis computatione adscribam:

$\bar{\varkappa}$ Draconis, $\bar{\beta}$ Ursae minoris, ā Ursae minoris[25]).

8°. 11′. 7°. 42′. 12°. 52′.

Accedit aliud. Iam ante Eratosthenem fuere qui rectum de poli situ iudicium tulerant Eudoxus Cnidius et Pytheas Massiliensis. Qui in eo consenserunt, quod omnes tres eas stellas, de quibus modo locuti sumus, nimium a polo remotas existimarent, quam ut ad eius sedem indicandam omnino adhiberi possent. Quo modo differant Hipparchus Bithynus memoriae reliquit[26])

---

[25]) Proxime abest ab hac computatione Hipparchus, cf. *Ptolemaei Geographiam* I 7, 4 ⟨I *p.* 15 *Nobbe*⟩: *παραδίδοται δὲ ὑπὸ Ἱππάρχου τῆς μικρᾶς Ἄρκτου ὁ νοτιώτατος ἔσχατος δὲ τῆς οὐρᾶς ἀστὴρ ἀπέχειν τοῦ πόλου μοίρας ιβ̄ καὶ δύο πέμπτα* (12° 24′): vides quam accurate astronomi antiqui observaverint.

[26]) Hipparchum et hoc loco et ceteris adscribo, qualis in codicibus a me conlatis legitur: Laurentiano ⟨Plut. XXVIII cod. 39⟩ s. XI membranaceo et Vaticano 191 bombycino, cuius indicem *Partheyus* ⟨*Mitteilungen d. Berl. Ac. d. Wiss.* 1863 *p.* 374 *s.*⟩ quamquam non satis accuratum edidit. Codicem s. XIII *H. Keil* ⟨*Philol.* I *p.* 157⟩, *H. Diels* s. XIII—XIV ⟨*D. G. p.* 18 *n.*⟩, *Partheyus* denique s. XIV—XV scriptum censent: adeo incertae rationes ad codicum graecorum aetatem definiendam palaeographicae. Ipse eandem manum in codice Anthologiae Planudeae Britannico 16, 409 ⟨*Additions to the Manuscripts in the British Museum* 1847 *p.* 201 *s*⟩ ex Italia advecto mihi videor cognovisse. Quo in codice *fol.* I[a] *fin.* hoc exstat scholion: *ἰστέον ὅτι ἐν τοῖς*

⟨τῶν Ἀράτου καὶ Εὐδόξου Φαινομένων ἐξηγήσεων α′ *p.* 179 *Petavius*⟩: *Περὶ μὲν οὖν τοῦ βορείου πόλου Εὔδοξος ἀγνοεῖ λέγων· 'ἐστὶ δέ τις ἀστὴρ μένων ἀεὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον· οὗτος δὲ ὁ ἀστὴρ πόλος ἐστὶ τοῦ κόσμου'. ἐπὶ γὰρ τοῦ πόλου οὐδὲ εἷς ἀστὴρ κεῖται, ἀλλὰ κενός ἐστι τόπος, ᾧ παράκεινται τρεῖς ἀστέρες, μεθ' ὧν τὸ σημεῖον τὸ κατὰ τὸν πόλον τετράγωνον σχῆμα περιέχει, καθάπερ καὶ Πυθέας ὁ Μασσαλιώτης.* Et de Pytheae quidem sententia tam aperte dixit Hipparchus, ut verbis parcere possim; de Eudoxo non item. Itaque ex Arato, impigro Eudoxi sectatore, huius de polo placitum suppleatur. Phaenomenorum *v.* 24 *s.* is polum borealem ita descripsit:

Καί μιν ⟨ἄξονα⟩ πειραίνουσι δύω πόλοι ἀμφοτέρωθεν·
ἀλλ' ὃ μὲν οὐκ ἐπίοπτος, ὃ δ' ἀντίος ἐκ βορέαο
ὑψόθεν Ὠκεανοῖο· δύω δέ μιν ἀμφὶς ἔχουσιν
Ἄρκτοι ἅμα τροχόωσαι· τὸ δὴ καλέονται Ἅμαξαι·
καὶ τὴν μὲν Κυνόσουραν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
τὴν δ' ἑτέρην Ἑλίκην· Ἑλίκῃ γε μὲν ἄνδρες Ἀχαιοὶ
εἰν ἁλὶ τεκμαίρονται, ἵνα χρὴ νῆας ἀγινεῖν·
ἣ δ' ἑτέρη ὀλίγῃ μέν, ἀτὰρ ναύτῃσιν ἀρείων·
μειοτέρῃ γὰρ πᾶσα περιστρέφεται στροφάλιγγι·
τῇ καὶ Σιδόνιοι ἰθύντατα ναυτίλλονται.

ἔχουσι κεφάλαια τμήμασι κατ' ἀλφάβητον ταῦτα ἐκτέθειται ἡμῶν πρὸς τοῦτο φιλοπονησάντων· χύδην γὰρ ἦν καὶ ἀναμὶξ ἅπαντα ἐν τῷ ἀντιγράφῳ· κἀντεῦθεν οὐ ῥᾳδία τῷ ζητοῦντι ἑκάστου τῶν κεφαλαίων εὕρεσις ἦν, νῦν δὲ ῥᾳδία τῇ τάξει τῶν στοιχείων ἑφεπομένῳ. Fol. 69ᵃ *med.* inscribitur: *ἐν τῷδε τῷ ἑβδόμῳ τμήματι περιέχεται ἑταιρικά τινα ἀποφθέγματα, τὰ μὲν ὡς ἐγκώμια, τὰ δ' ὡς ἐπιστολαί, τὰ δ' ὡς ἂν ἕκαστον ἔτυχεν, ὅσα μὴ πρὸς τὸ ἀσεμνότερον καὶ αἰσχρότερον ἀποκλίνει· τὰ γὰρ τοιαῦτα πολλὰ ἐν τῷ ἀντιγράφῳ ὄντα παρελίπομεν* ⟨inest hoc in capite tota fere Theognidis recensio vulgaris fol. 76ᵇ—84ᵇ⟩. E tertia persona haec aliis in codicibus narrantur, cf. Wolters *de Epigrammatum Graecorum Anthologiis p.* 34. — Scholio *fol.* 92ᵇ eadem manus prima inscripsit *σχόλιον Μαξίμου μοναχοῦ τοῦ Πλανούδους:* patet cur etiam Vaticanum codicem post Planudem scriptum esse censeam. — Planudes Anthologiae codicem ab ipso anno 1302 exaratum Venetum 481 ferunt periti harum rerum existimatores velut Trevius *'der sog. Lamprias-Katalog der Plutarchschriften'* (*Progr. Waldenburg i. Schl.* 1873 *p.* 21 *s.*), Diltheyus apud Finslerum *Kritische Untersuchungen zur Griech. Anthologie p.* 33 *n.* alii.

Aratus cum ex Eudoxi sententia Ursam minorem totam circa polum moveri diceret, extra huius Ursae sidus polum ponere debuit, in una scilicet stellarum quae inter illud et Draconem interiacent: tales ἀμορφώτους, quia ad figuram quandam conficiendam non pertinerent, antiqui vocare consuerunt[27]). Quae cum ita sint, dixit revera Catasterismorum auctor suo tempore hodiernam stellam polarem polo fuisse omnium proximam: quod Eratosthenes profecto contendere non potuit. In quo cum qui rem attigerunt egregie consentiant maximeque astronomi, quorum in hac quaestione ultima est auctoritas: non est cur pluribus erroris magnitudo demonstretur[28]).

2) Nullo antiquitatis tempore recte dici potuit circa stellam hodie polarem totum mundum circumverti. Quid? quod etiam nunc a polo 1° 20′ distat?[29]) At certe dictum est, ut vidimus. Quodsi dicendi quaedam libertas sive mavis neglegentia ita est adgnoscenda, ut ex tribus quas nominavi sat claris polaris ea stella quae proxime a polo videatur abesse adpellata esse censeatur: iam oboritur quaestio, quando primum ᾱ Ursae minoris ceteris illis magis ad poli locum adpropinquaverit, idque adeo ut vel imperitiorum oculis ista adpropinquatio facile percipi posset. Etsi igitur anno p. Chr. n. 400 trium illarum stellarum haec erat reapse proxima — haecce enim distabant intervalla polaria: ϰ̄ Draconis 11°, β̄ Ursae minoris 9° 34′, ᾱ eiusdem 9° 33′ — tamen, cum res sit de homine astronomiae imperito nescio quo,

---

[27]) Quomodo Eudoxus contra Hipparchum excusandus sit, *Delamberius* ⟨*histoire de l'astronomie ancienne* I *p.* 110 *s*⟩ monet. — Aratum adversus eundem Hipparchum voluit defendere qui isagogam pseudoeratosthenicam conscripsit, in qua ⟨*p.* 263 *D Petavius*⟩ haec leguntur: ἄπερ (πέρατα ἄξονος) τινὲς μὲν ἀστέρας εἶναι μικροὺς ἔφασαν (velut Eudoxus), ἔνιοι δὲ σημεῖα νοητά, καθάπερ καὶ Ἄρατος (et Hipparchus).

[28]) *Delamberius l. c. p.* 92. *E. Hoefer, hist. de l'astr. Paris* 1873 *p.* 159. *Schaubach., l. c.*

[29]) Cf. *Hygin.* IV 9: *Illud etiam videmus, in extrema cauda Draconis stellam esse, quae in se vertatur et in eodem loco constet. Quodsi omnes stellae vagae feruntur, hanc quoque moveri necesse est. Quod non evenit. Igitur necesse est, mundum quoque, non stellam verti.* Locum adfero, quia antea *l. c.* (*supra p.* 8) ā Ursae minoris Catasterismos secutus pro polari habuit.

idem vel ante illud saeculum dici potuisse consentaneum est. Itaque hac ratione, quia posita est in coniectura tantum eaque incerta, nolo amplius procedere.

Quid igitur nunc probatum est? Nimirum illam 'Catasterismorum' particulam, qua ista de polo sententia refertur, non posse ab Eratosthene esse scriptam. At parata est ea excusatio, qua Robertus in libelli recensione saepenumero utitur, nobis hic rem non esse cum Eratosthene ipso sed cum protervo quodam libelli interpolatore. Et hoc quidem, quoniam causam non video interpolandi, aegre sed tamen aegre largior, modo iam tertio post Chr. saeculo, quo fuit Germanici scholiasta ⟨cf. *Robert p.* 9, *adn.* 11⟩, et ante Hyginum istam 'interpolationem' in Catasterismorum exemplaribus sedem occupasse mihi concedatur.

2.

De Ursa maiore Hipparchus postquam Eudoxi et Arati eiusque interpretis Attali placita impugnavit, hunc in modum praedecessorum suorum iniecit mentionem ⟨*p.* 184 *Petavius*⟩: *Καθόλου τε οἱ ἀρχαῖοι πάντες τὴν Ἄρκτον* (maiorem scil.) *ἐκ τῶν ἑπτὰ μόνων ἀστέρων διετύπουν.* Veterum numero cum vel Attalus Hipparchi aequalis insit etiam Eratosthenem significari, cuius inventa astronomica diligentissime examinavit teste Strabone Hipparchus, per se adparet. Quodsi 'Catasterismi' reapse sunt Eratosthenis, postulandum est, ne plus septem Helices stellas referant. Evolvimus libellum: 23 invenimus, cum non plus 27 — exceptis informibus (*ἀμορφώτοις*) — ipse enumeret Claudius Ptolemaeus. Aut igitur Hipparchus turpiter mentitur aut stellarum Helices index is, quem exhibent Catasterismi, ab Eratosthene est alienus. Utrum sit praeferendum haesitare non licet. Quamquam enim errasse constat interdum Hipparchum, id profecto cavendum est, ne virum procul dubio sincerum, ut aliis obtrectando suae inserviret gloriolae, mendacium finxisse arbitremur. Credenda sunt quae in epistula Aeschrioni inscripta, quam operi illi praemisit, de se ipse profitetur ⟨*p.* 172 *Petavius*⟩: *Τοῦτο δὲ ποιῆσαι* (scil. Eudoxum et Aratum emendare) *προεθέμην οὐκ ἐκ τοῦ τοὺς ἄλλους ἐλέγχειν φαντασίαν ἀπενέγκασθαι προαιρούμενος*

(κενὸν γὰρ καὶ μικρόψυχον παντελῶς· τοὐναντίον δὲ δεῖν οἶομαι πᾶσιν ἡμᾶς εὐχαριστεῖν, ὅσοι τῆς κοινῆς ἕνεκεν ὠφελείας ἰδίᾳ πονεῖν ἀναδεχόμενοι τυγχάνουσιν) ἀλλ' ἕνεκα τοῦ μήτε σὲ μήτε τοὺς λοιποὺς τῶν φιλομαθῶν ἀποπλανᾶσθαι τῆς περὶ τὰ φαινόμενα κατὰ τὸν κόσμον θεωρίας· ὅπερ εὐλόγως πολλοὶ πεπόνθασιν. — Accessimus ad eam quaestionis partem, in qua iam rerum summa versatur. Nam omnino quaerendum est, num stellarum catalogi, quos unicuique sideri 'Catasterismi' subiciunt, possint per temporum rationes ab Eratosthene confecti esse. Quam rem etsi in transcursu hi illi tetigere — sive ut negarent simpliciter sive ut adfirmarent — tamen, qui probo argumento alteram utram sententiam stabiliret, nemo adhuc exstitit. Videor igitur mihi operae pretium facturus esse, si componam omnia quae in hac causa proferri possint.

Ac primum quidem quod breviter monuit Robertus ⟨*p.* 33 *s.*⟩, cum Arati Phaenomenis stellarum indices minime congruere, adeo est manifestum, ut verba nolim perdere. Itaque ab homine qui Aratum commentario vellet instruere, eos esse conditos suo iure idem negavit Robertus. Qui hinc quidem recte exorsus minus tamen recte statim concludit pro catalogorum auctore Eratosthenem necessario esse habendum: sunt alii sat multi, qui in censum veniant, velut ut eum adferam, qui ob id ipsum a veteribus saepenumero laudatur, Hipparchus. Alia igitur circumspicienda est expediendi ratio, nec frustra illa quidem quaeritur. Testis enim prodit cui hisce in rebus fidem nemo tam erit audax ut deroget Claudius Ptolemaeus. Qui in 'Magnae Syntaxis' libro VII ⟨= *vol.* II *p.* 2 *s. Halma*⟩ de origine stellarum indicum ita disseruit: . . . *ἕνεκεν δὲ τοῦ τὴν σφαῖραν αὐτῶν (τῶν ἀπλανῶν) ὅλην, ἀφ' ἧς ὥσπερ προσπεφυκότες περιφέρονται, καὶ αὐτὴν φαίνεσθαι ποιουμένην εἰς τὰ ἑπόμενα καὶ πρὸς ἀνατολὰς τῆς πρώτης φορᾶς μετάβασιν ἰδίαν καὶ τεταγμένην, οὐκέτ' ἂν ἁρμόζοι καὶ ταύτην ἀπλανῆ καλεῖν· ἑκάτερον γὰρ τούτων οὕτως ἔχον εὑρίσκομεν, ἐξ ὧν γε ὁ τοσοῦτος χρόνος ὑποβάλλει, καὶ τοῦ Ἱππάρχου μὲν ἔτι πρότερον, ἀφ' ὧν εἶχε φαινομένων, ἐν ὑπονοίᾳ τούτων ἀμφοτέρων γεγονότος, ὥστε μέντοι περὶ τοῦ πλείονος χρόνου στοχάσασθαι μᾶλλον ἢ διαβεβαιώσασθαι διὰ τὸ πάνυ ὀλίγαις*

πρὸ ἑαυτοῦ περιτετυχηκέναι τῶν ἀπλανῶν τηρήσεσι, σχεδόν τε μόναις ταῖς ὑπὸ Ἀριστύλλου καὶ Τιμοχάριδος ἀναγεγραμμέναις καὶ ταύταις οὔτε ἀδιστάκτοις οὔτε ἐπεξειργασμέναις, καὶ ἡμῶν δ' ἐκ τῆς τῶν νῦν θεωρουμένων πρὸς τὰ τότε συγκρίσεως τὴν αὐτὴν κατάληψιν εὑρισκόντων, ἤδη μέντοι βεβαιοτέρας τῷ καὶ ἀπὸ πλείονος χρόνου τὴν ἐξέτασιν γεγενῆσθαι καὶ τὰς τοῦ Ἱππάρχου περὶ τῶν ἀπλανῶν ἀναγραφάς, πρὸς ἃς μάλιστα πεποιήμεθα τὰς συγκρίσεις, μετὰ πάσης ἐξεργασίας ἡμῖν παραδεδόσθαι·

ὅτι μὲν οὖν οὐδεμία μετάπτωσις γέγονεν οὐδὲ μέχρι τοῦ δεῦρο τῆς πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν θέσεως, ἀλλ' οἱ κατὰ τὸν Ἵππαρχον τετηρημένοι σχηματισμοὶ καὶ νῦν ἀπαραλλάκτως οἱ αὐτοὶ θεωροῦνται, καὶ οὐ μόνον οἱ τῶν ἐν τῷ ζῳδιακῷ πρὸς ἀλλήλους ἢ τῶν ἔξωθεν αὐτοῦ πρὸς τοὺς ὁμοίως ἔχοντας, ὅπερ ἂν συνέβαινεν, εἰ μόνοι, καθ' ἣν ἐκίθεται πρώτην ὑπόθεσιν ὁ Ἵππαρχος, οἱ περὶ τὸν ζῳδιακὸν αὐτὸν ἀστέρες ἐποιοῦντο τὴν εἰς τὰ ἑπόμενα μετάβασιν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν τῷ ζῳδιακῷ πρὸς τοὺς ἔξωθεν αὐτοῦ καὶ ἀπωτέρω, γένοιτο μὲν ἂν εὐκατανόητον καὶ παντὶ τῷ βουλομένῳ προσάγειν τὴν ἐξέτασιν καὶ φιλαλήθως ἀναθεωρεῖν, εἰ τὰ νῦν φαινόμενα συμφώνως ἔχει ταῖς κατ' ἐκεῖνον ἀναγραφαῖς.

Dixit igitur Ptolemaeus, qui primum stellarum composuisset catalogum fuisse Hipparchum: potestne clarius quicquam dici? Sic igitur statuendum est: cum neque Hipparchus neque Ptolemaeus, quorum uterque ut par est Eratosthenis opera astronomica pernovit, catalogum quendam stellarum Eratosthenis adgnoscat immo satis manifesto abiudicet, libellus qui fertur Eratosthenis auctoritatem ementiri[30]) est censendus.

3.

Postquam de Hipparchi catalogo edocti sumus, quendam Epitomes locum adgrediamur, qui Robertum admodum vexavit. *P.* 134*s* de Pliadum catasterismo haec leguntur: *Μεγίστην δὲ ἔχουσι δόξαν ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἐπισημαίνουσαι καθ' ὥραν· θέσιν δὲ ἔχουσιν*

---

[30]) Accedit tertium Theonis astronomi saec. IV p. Chr. n. testimonium: de quo cf. *adn.* 68.

εὖ μάλα κείμεναι κατὰ τὸν Ἵππαρχον τριγωνοειδοῦς σχήματος· Ultima verba si genuina sunt, libellus ob temporum rationes Eratostheni est abiudicandus, quoniam post illum Hipparchum constat floruisse. Contra qui Eratosthenis defendunt auctoritatem, ii verba illa expellere pro interpolatis fere coguntur idque post Fellum, primum editorem Oxoniensem, et Schaubachium fecit Robertus hac usus argumentatione ⟨*p.* 31⟩: *„In Hipparcho haec verba frustra quaesivi. Exstant autem in scholiis Arateis p.* 74, 13 *Bekker: Καὶ ἔχουσι σχῆμα τρίγωνον οὗ ἡ βάσις ἐπ' ἀνατολὴν τέτραπται· Νίκανδρος μὲν οὖν ἐπὶ τῆς οὐρᾶς τοῦ Ταύρου τίθησιν αὐτάς·*

αἳ θ' ὑπὸ Ταύρου
ὁλκαίην ψαίρουσαι ὀλίζωνες φορέονται·

ὁ Ἵππαρχος δὲ οὐκ ἐπὶ τοῦ Ταύρου (καὶ γὰρ αὐτὸς ἡμίτομον τον Ταῦρον ποιεῖ) φησὶ δὲ τῷ μὲν ποδὶ τοῦ Περσέως μᾶλλον αὐτὰς πλησιάζειν, πόρρω δὲ εἶναι τοῦ ἀριστεροῦ γόνατος. Atque haec sane in Hipparcho leguntur ⟨*p.* 12 *Victorius*⟩*: Οἱ γὰρ ἐν τῷ ἀριστερῷ ποδὶ τοῦ Περσέως $\overline{\beta}$ λαμπροὶ καὶ ἔτι ἐν τῇ ἀριστερᾷ κνήμῃ πολλῷ ἐγγίονές εἰσι τῶν Πλειάδων ἤπερ τὸ ἀριστερὸν γόνυ. Vnde non inepte conligas verba, quae modo ex Epitome attuli, ex scholiis Arateis ab interpolatore addita esse, qui Hipparchi mentionem paullo post obviam ad praecedentia quoque perperam rettulerit. Adde quod verba ceterum iam Schaubachio suspecta neque apud Hyginum neque in scholiis in Germanicum conscriptis exstant*". Posteriore argumento tum demum uti licebit, postquam id quod priore loco Robertus posuit omni dubitatione erit exemptum. Nam sat multa inveniuntur quae, etsi et ab Hygino et a scholiastis Germanici omissa sunt, nihilo tamen secius ad genuinam 'Catasterismorum' formam iudice vel Roberto pertinent. Verum autem est quod in superstite Hipparchi contra Eudoxum et Aratum opere bonum illud Epitomes reperiri testimonium negavit Robertus; inde quod interpolatum censet, probare hoc amplius non possum. Primum enim ubi tandem aptius illud exstitisse existimandum sit quam in stellarum catalogo Hipparcheo, scire velim. Porro — ut credam quod mihi videtur

incredibile — iam meo iure flagito, ut interpolatoris ratio sive fons monstretur. At neutrum potest praestari: de scholio enim Arateo egregie fallitur Robertus, quode infra dicendum est. Quodsi de simplici interpolatione cogitare non licet, quid de loco illo tam difficili ipse iudicem, ex me quaerat quispiam. Audio: nec ullam relictam video explicationem nisi eam, ut is qui libellum conscripsit revera Hipparchi aetatem ante Eratosthenem posuisse existimetur. Audax videbor fateorque ingenue, cum primum ad illam deveni conclusionem, nimis audacem me mihi ipsum visum esse. Itaque id litterarum genus, quocum Catasterismi cohaerent, perlustravi, num fortasse alibi quoque gravis iste error quem statuo deprehendatur: duo in scholiis Arateis inveni testimonia, quae tamen pro uno habenda sunt. Ac primum quidem Nicetas scholiasta Arati Marcianus[31]) de Ophiucho haec adnotat *ad v.* 83:

Ὁ δ' ἐμμενὲς εὖ ἐπαρηρώς
ποσσὶν ἐπιθλίβει μέγα θηρίον ἀμφοτέροισιν

ὁ δὲ Ὀφιοῦχος ἀσφαλῶς δι' ὅλου βαίνων ἀμφοτέροις τοῖς ἑαυτοῦ ποσὶ τὸ μέγα θηρίον τὸν Σκορπίον ἐπιθλίβει καὶ πατεῖ τῷ μὲν ἀριστερῷ ποδὶ ἐπὶ τοῦ ὀφθαλμοῦ βαίνων, τῷ δὲ δεξιῷ ἐπὶ τοῦ θώρακος. Εὐδόξῳ δὲ καὶ Ἱππάρχῳ ἀρχαιοτέροις οὖσιν Ἀράτου οὐ δοκεῖ ἀμφοτέρους τοὺς πόδας τοῦ Ὀφιούχου βεβηκέναι ἐπὶ τοῦ Σκορπίου ἀλλὰ μόνον τὸν ἕτερον· τὸν δὲ ἕτερον ὑπὸ τὸν Σκορπίον δοκεῖ εἶναι καὶ μὴ φαίνεσθαι ὅλως τὸν ταρσόν· ἵνα οὖν μὴ δῶμεν αὐτὸν Εὐδόξῳ καὶ Ἱππάρχῳ δοκίμοις οὖσιν ἐναντιοῦσθαι, ἁρμόσωμεν[32]) *αὐτοῦ τὸ ῥητὸν πρὸς τὴν ἔκδοσιν οὕτως· ὁ δ' ἐμμενὲς εὖ ἐπαρηρὼς ποσίν, εἶτα μέγα*[33]) *ἐπιθλίβει θηρίον τῷ ἑνὶ ποδὶ κατ' ἀμφότερα. ὁ*

[31]) Idem Lycophronis commentarium compilavit. Codicem enim Marcianum 476 s. XI.a Niceta esse scriptum docet haec in folio 32a adnotatio: *κἀνταῦθα συνήθροισα λεξικοῦ λέξεις | Νικήτας οὐλάχιστος τῶν διακόνων* ⟨cf. *Scheer, mus. Rhen.* XXXV (1879) *p.* 281 *s, ed. Lycophronis p.* VI⟩. — Ad codicem Marcianum solum scholia Aratea recensenda esse facile potest demonstrari.

[32]) *ἁρμόσομεν cod.*

[33]) *εἶτα μέγα* in codice nunc deletum sumpsi ex apographis.

γὰρ εἷς ποῦς κεῖται μεταξὺ τοῦ[34]) ὀφθαλμοῦ καὶ τοῦ θώρακος. Succedat alter locus qui exstat in scholio *ad v.* 754

> Ὅσσα τ' ἀπὸ ζώνης εἰς ἔσχατον Ὠαρίωνα
> νὺξ ἐπιδινεῖται . . .

καὶ ἔμαθες ἀπὸ τῶν παλαιοτέρων φησίν, ὅσα ἀπὸ τῆς ζώνης τοῦ Ὠρίωνος πάλιν εἰς αὐτὸν τὸν Ὠρίωνα ἡ νὺξ ἄστρα ἐπιφέρει· βούλεται δὲ περὶ πάντων εἰπεῖν τῶν ἀπλανῶν καὶ ὅσα ἀπὸ τοῦ κυνὸς εἰς αὐτὸν τὸν κύνα· προεῖπον δὲ περὶ τῶν ἄλλων — πολλοὶ γὰρ οἱ πρὸ Ἀράτου — οἱ περὶ Εὔδοξον καὶ Ἵππαρχον καὶ ἄλλοι τινές· ἤρξατο δὲ ἀπὸ Ὠρίωνος, ὅτι ὑπόκειται Καρκίνῳ καὶ ὅτι μάλιστα εἰς αὐτὸν οἱ πλέοντες ὁρῶσι καὶ ὅτι νότιός ἐστιν· ἐκ δὲ τῶν νοτίων μερῶν καὶ ἀεὶ ἐκδέχονται ἐσόμενον χειμῶνα. Eo argumentando pervenimus, ut eundem de Hipparcho errorem qui in scholiis Arateis adparet in 'Catasterismorum' libello intellegamus. Alter igitur quaerendus est qui rem invenerit primusque litteris mandarit, alter qui crediderit. Credulus iste cur 'Catasterismorum' compilator, auctor rei cur interpres Arateus is, cuius in Nicetae commentario vestigia certa patefecimus, fuisse censendus sit, ultro nunc conligitur.

4.

De Genicularii figura veteres astronomi valde inter se dissentiunt, cum alii dextro genu alii sinistro eum fingant innixum pedeque altero caput serpentis prementem. Qui dissensus ne ex dubia sideris ipsius imagine natus esse videatur, ipse caeli prohibet aspectus, quoniam aperte sinistro pede serpentem calcat, dextro genu inclinatur. Itaque ex diversa describendi ratione excusatio ita videbitur petenda, ut alii a spectatore alii a sidere proficisci dicantur. Tamen ne ita quidem quaestio solvitur: singula potius testimonia nunc examinanda sunt. Qua in re cum praeiverit vir summus Hipparchus, ducem eum sequamur ⟨*p.* 181 *s Petavius*⟩: Ἐπὶ δὲ τοῦ Ἐγγόνασι παρεωρακέναι μοι δοκοῦσιν ὅ τε Εὔδοξος καὶ Ἄρατος ἀλλ' οὐ διημαρτηκέναι εἰπόντες τὸν δε-

[34]) *μεταξὺ τοῦ* nunc in codice abscissum sumpsi ex apographis.

ξιὸν πόδα ἐπὶ μέσης τῆς κεφαλῆς τοῦ Δράκοντος κεῖσθαι· ὁ μέντοι γε Ἄτταλος παρὰ τὸ βούλημα τοῦ ποιητοῦ δοκεῖ μοι τὸ ἡμιστίχιον μετατιθέναι γράφων οὕτως·

μέσσου δ' ἐφύπερθε καρήνου·

καὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ Δράκοντος ἔξω τοῦ κόσμου στρέφων, ἵνα γένηται „αὐτὸ τὸ δεξιὸν μέρος τῆς κεφαλῆς κατὰ τὸν πόδα". τά τε γὰρ ἄστρα πάντα εἰς τὸ ἐντὸς τοῦ κόσμου μέρος ἀπεστραμμένα ὡς ἔφην ἀστροθετεῖται ὑπὸ πάντων καὶ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἀράτου καὶ ἐν πᾶσι τοῖς βιβλίοις γράφεται·

„μέσσῳ δ' ἐφύπερθε καρήνῳ
δεξιτεροῦ ποδὸς ἄκρον ἔχει σκολιοῖο ⟨Δράκοντος⟩[35])".

πρὸς δὲ τοῦτο καὶ τὸν σχηματισμὸν ἡμῖν τοῦ Ἐγγόνασι καὶ τὴν θέσιν διασαφεῖν βουλόμενος ὁ Ἄρατος εὐλόγως ἂν σημαίνοι καὶ ποῖος αὐτοῦ ποῦς κεῖται ἐπὶ τῆς τοῦ Δράκοντος κεφαλῆς· οὐ γὰρ ἄλλως παρατίθησι τὴν τοῦ Δράκοντος κεφαλήν, ἀλλ' ἵνα τῇ θέσει τοῦ Ἐγγόνασι παρακολουθῶμεν, ὅπερ καὶ ἐπ' ἄλλων πλειόνων ποιεῖ· καθάπερ καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ Ἐγγόνασι τὰ ἄλλα αὐτοῦ μέρη φησίν·

νώτῳ μὲν Στέφανος πελάει, κεφαλῇ γε μὲν ἄκρῃ
σκέπτεο πὰρ κεφαλὴν Ὀφιούχεον·

καὶ ἐπὶ τῇ Λύρᾳ φησίν·

γούνατί οἱ σκαιῷ πελάει·

καὶ ὡς ἐπὶ τοῦ Περσέως·

ἄγχι δέ οἱ σκαιῆς ἐπιγουνίδος ἤλιθα πᾶσαι
Πληιάδες φορέονται·

καὶ πάλιν·

καί οἱ δεξιτερὴ μὲν ἐπὶ κλισμὸν τετάνυσται
πενθερίου δίφροιο·

καὶ ὡς ἐπὶ τοῦ Ὄρνιθός φησιν ⟨279 s⟩·

... κατὰ δεξιὰ χειρός
Κηφείης ταρσοῖο τὰ δεξιὰ πείρατα φαίνων·

---

35) Δράκοντος codd. om.

καὶ ἐπ' ἄλλων δὲ πλειόνων τὰς παραθέσεις τῶν ἄστρων διασαφῶν σημαίνει, πότερον τὰ δεξιὰ ἢ τὰ ἀριστερὰ παράκεινται.

Ὅτι δὲ παρόραμά ἐστι τοῦ Εὐδόξου καὶ τοῦ Ἀράτου τὸ περὶ τὸν πόδα καὶ οὐχ ἁμάρτημα, δῆλον γίνεται ἐκ τῶν λοιπῶν τῶν λεγομένων ὑφ' ἑκατέρου περὶ τοῦ Ἐγγόνασιν· περὶ μὲν γὰρ Λύρας ⟨270 *s*⟩

> 'κὰδ δ' ἔθετο' φησί 'προπάροιθεν ἀπευθέος εἰδώλοιο
> οὐρανὸν εἰσαγαγών· τὸ δ' ἐπὶ σκελέεσσι πέτηλον
> γούνατί οἱ σκαιῷ πελάει'.

τὸ δὲ πρὸς τῇ Λύρᾳ σκέλος ἐστὶ κείμενον ἐπὶ τῆς τοῦ Δράκοντος κεφαλῆς· πάλιν δὲ περὶ τῆς ἀνατολῆς τοῦ Ἐγγόνασι λέγων φησίν ⟨612 *s*⟩·

> μόνην δ' ἐπὶ Χηλαὶ ἄγουσι
> δεξιτερὴν κνήμην, αὐτῆς ἐπιγουνίδος ἄχρις,
> αἰεὶ γνύξ, ἀεὶ δὲ Λύρῃ παραπεπτηῶτος·

ἄλλη πρὸς τῇ δύσει κνήμη ἐστὶν ἡ προανατέλλουσα· καὶ οὐκ ἔστιν αὕτη ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ Δράκοντος· δῆλον οὖν ὅτι ἐκείνην ἀριστερὰν λέγει· συμφωνῶν δὲ τούτοις καὶ ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς τοῦ Λέοντός φησιν ⟨591 *s*⟩·

> αὐτὰρ ὅ γε γνύξ
> ἥμενος ἄλλα μὲν ἤδη, ἀτὰρ γόνυ καὶ πόδα λαιὸν
> οὔπω κυμαίνοντος ὑποστρέφει Ὠκεανοῖο·

φανερὸν οὖν ἐκ πάντων γίνεται, διότι τὸ ἀριστερὸν σκέλος φησὶ καθήκειν ἐπὶ τὴν τοῦ Δράκοντος κεφαλήν[36]).

---

[36]) *P.* 174[b] *Petav.* idem Hipparchus de eadem re ita disputat: *ἐπὶ δὲ τοῦ Ἐγγόνασιν ὁ μὲν Εὔδοξός φησιν· 'παρὰ δὲ τὴν κεφαλὴν τοῦ Ὄφεως ὁ Ἐγγόνασίν ἐστιν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς τὸν δεξιὸν πόδα ἔχων· ὁ δὲ Ἄρατος*

> *μέσσῳ δ' ἐφύπερθε καρήνῳ*
> *δεξιτεροῦ ποδὸς ἄκρον ἔχει σκολιοῖο Δράκοντος'.*

ἐξ οὗ καὶ μάλιστα φανερὸν γίνεται τὸ προκείμενον· παρ' ἑκάστῳ γὰρ αὐτῶν ἠγνόηται· τὸν γὰρ ἀριστερὸν πόδα ἔχει ὁ Ἐγγόνασιν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ Δράκοντος, καὶ οὐ τὸν δεξιόν. Vides Hipparchum minus accurate hic disputasse quam loco supra tractato. Itaque Robertus cum hoc solo uteretur

Libenter nos Hipparcho concedimus Aratum — Eudoxi exemplum secutum — in describendi caeli partibus ita non sibi constitisse, ut Genicularium genu dextro faceret innixum, cum ex suo dicendi more laevum dicere deberet: loci difficultas optime ita expeditur. Neque iniuria Attalum idem reprehendit Hipparchus, quod poetam erroris crimine purgaturus et inauditam interpretationem et violentam proposuisset coniecturam. Etenim scribi iussit:

μέσσου δ' ἐφύπερθε καρήνου
δεξιτεροῦ, ποδὸς ἄκρον ἔχει σκολιοῖο Δράκοντος

vertitque 'pedem extremum habet supra medium dextrum Draconis tempus'. Quod quamquam cum rerum veritate consentit, ea tamen de causa, quam supra exposuit Hipparchus, nobis abiciendum est: uter enim pedum significaretur, dici secundum Arati describendi morem omnino debuit. Nihilo tamen secius fuere qui Attali commentum adprobarent: de Hygino hoc monuit Robertus ⟨*p.* 234⟩. Res sane e certissimis est, conferas modo, quomodo ⟨II 6 *p.* 41, 13⟩ loquatur: *sinistro pede capitis eius dextram partem opprimere conatur.* Porro Attalum ipse 'Catasterismorum' auctor sequitur, quamvis secus videatur Roberto ⟨cf. *p.* 64 *Rob.*⟩: *Ἐστὶ δὲ ὁ μὲν Ὄφις μετέωρον ἔχων τὴν κεφαλήν· ὁ δὲ ἐπιβεβηκὼς αὐτῷ τεθεικὼς τὸ ἓν γόνυ, τῷ δ' ἑτέρῳ ποδὶ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἐπιβαίνων.* Cur enim tam obscure de sideris forma scriptor loquatur causa exploranda est. Et Robertus quidem quod 'caute' eum dicit suam retinuisse sententiam, probari nullo pacto potest, quoniam cautus in re manifesta fuisset. Quid vero? si ex quaesita quadam versuum de quibus agitur interpretatione verba ista explicanda sunt? Fac enim interpretem nescio quem Attali scripturam

---

p. 234, rem non potuit conficere. — Buttmannus difficultatem ut tolleret *λὰξ ἑτέρου ποδός* pro *δεξιτεροῦ ποδός* coniectavit ingeniose quidem, sed cum omnium codicum qui Hipparchi tempore exstiterunt auctoritati adversetur inutiliter ⟨cf. praeclaram Buttmanni commentationem cui inscripsit '*Ueber die Entstehung der Sternnamen auf der Griechischen Sphaere*' = *Abh. d. Berl. Acad. d. Wiss.* 1826 *p.* 45 *s.*⟩.

μέσσου δ' ἐφύπερθε καρήνου
δεξιτεροῦ, ποδὸς ἄκρον ἔχει σκολιοῖο Δράκοντος

accurate reddere voluisse: *δεξιτεροῦ* illud quoniam ad *καρήνου* referretur, nudum ponere pedem nonne coactus erat? Prompsit igitur cum Hyginus tum Catasterismorum compilator ex interprete quodam Arateo, qui Attali coniecturam erat amplexus[37]).

Genicularii catasterismum priusquam dimittam, alterum Epitomes locum tractabo, ut alterum statim commentarii eiusdem vestigium ibi commonstrem. Aratus enim ⟨63 *s*⟩ neque se ipsum fatetur neque alium quemquam de Genicularii persona quicquam indagasse: quam ob rem *εἴδωλον* suo iure eum nominavit:

Τῆς ἀγχοῦ μογέοντι κυλίνδεται ἀνδρὶ ἐοικός
εἴδωλον· τὸ μὲν οὔτις ἐπίσταται ἀμφαδὸν εἰπεῖν,
οὐδ' ὅτινι κρέμαται κεῖνος πόνῳ· ἀλλά μιν αὔτως
Ἐγγόνασιν καλέουσιν.

Nescit Aratus Panyasidis quae fertur narratiunculam, qui Herculem in Genicularii investigavit contra Draconem Hesperidum pugnantem. Panyasidi igitur — si revera iam Panyasis Herculem ad Genicularii sidus rettulit — ceterisque, qui eius situm fabellis explicare studebant, non fuit *εἴδωλον* ut Arato sed certus quidam heros ob res gestas in caelo constitutus. Iam quid de 'Catasterismis' fiet, qui Panyasidis historiola exposita hunc in modum desinunt ⟨*p.* 64 *Rob.*⟩: *Ὅθεν ἐπιτελεσθέντος τοῦ ἔργου μετὰ μεγίστου κινδύνου ἄξιον ὁ Ζεὺς κρίνας τὸν ἆθλον μνήμης ἐν τοῖς ἄστροις ἔθηκε τὸ εἴδωλον κτλ.* „*εἴδωλον suspectum ac fortasse ex Arati versu* 64 *interpolatum*" adnotat Robertus. At cui bono haec inseruisset interpolator? Certe narratiunculam claram per se atque distinctam admodum iste quisquis fuit tali additamento de industria ita obscurasset, ut sine plena Arati cognitione omnino intellegi non posset. Sana

---

[37]) Tatianus *Or. ad Graecos c.* XVI ⟨*p.* 42 *Worth. Oxonii* 1700⟩ nimis loquitur obscure: *ζῷον πονηρὸν ὁ Ἐγγόνασιν ἐπιθλίβει.*

autem atque perspicua omnia, dummodo Genicularii catasterismum ita ut nunc exstat apud quendam Arati enarratorem descriptum esse concedatur: aptissime enim hic communem omnium cuiusvis temporis interpretum consuetudinem secutus Arati '*εἴδωλον*', quod ei explicandum erat, in commentariolo hoc ipso nomine iterum significavit.

5.

'Catasterismi' enumeratis secundum Arati ordinem sideribus fixis ita Procyonem concludunt ⟨*p.* 192 *Rob.*⟩: *Τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ἄστρα γίνεται ἐν τῷ ζῳδιακῷ κύκλῳ, ὃν ὁ Ἥλιος διαπορεύεται ἐν ιβ̄ μησίν· διὸπερ καὶ τὰ ζῴδια τούτου ἰσάριθμά ἐστιν·* Deinde disputatur '*περὶ τῶν πέντε ἀστέρων τῶν καλουμένων πλανητῶν διὰ τὸ κίνησιν ἔχειν ἰδίαν αὐτούς*'. Illud '*τὰ μετὰ ταῦτα ἄστρα*' necessario ad planetas, qui deinceps describuntur, trahendum esse cum videret Robertus, sententiam quae inde evaderet non modo admitti posse negavit verum eo processit, ut prorsus ineptam iudicaret ⟨*p.* 192 *n*⟩. Hinc exorsus sagacem de 'genuini operis' dispositione protulit coniecturam. '*Ex his verbis*' inquit, '*quae in Catasterismis inepta sunt, concludo in Catalogis*' — ita illud vocat opus genuinum quod opinatur — '*Zodiaci signa coniuncta post cetera sidera sed ante lacteum circulum enumerata fuisse*'. Et huic quidem de 'Catalogis' sententiae postea suo loco mea opponam argumenta: nunc verba illa, quae adscripsi, a planetarum mentione separanda esse nego equidem atque denego. Fugit enim Robertum aperta paraphrasi in 'Catasterismis' hos Arati versus esse expressos 454 *s.*:

Οἱ δ' ἐπιμὶξ ἄλλοι πέντ' ἀστέρες οὐδὲν ὁμοῖοι
πάντοθεν εἰδώλων δυοκαίδεκα δινεύονται·
οὐκ ἄν ἔι' εἰς ἄλλους ὁρόων ἐπιτεκμήραιο
κείνων ἦχι κέονται, ἐπεὶ πάντες μετανάσται.

Neque tamen omnia hac ratione enodantur. Videndum enim est cur in talem Phaenomenorum conexum Solis mentionem ipse intulerit Catasterismorum auctor, cum inter planetas neque apud Aratum, quippe cui cursu sat fixo sibique constanti

ferri videretur, neque apud ipsum illum enumeretur. Rei quid sit, scholiis in Aratum Marcianis docemur, quae *ad v.* 455 doctam hanc exhibent disputatiunculam:

Πάντοθεν εἰδώλων] *πάντοθεν φέρονται ἠρμοσμένην ἔχοντες τάξιν· ἔχει δὲ οὕτως· ὁ οὐρανὸς ζ ζώνας ἔχει οὐκ ἐπιψαυούσας τοῦ ζῳδιακοῦ ἀλλ' ἀπηρτημένας ἐξ αὐτοῦ· τὴν μὲν πρώτην ἔχει ὁ Κρόνος· τὴν δὲ δευτέραν ὁ Ζεύς· τὴν δὲ τρίτην ὁ Ἄρης· τὴν δὲ τετάρτην ὁ Ἥλιος· τὴν δὲ πέμπτην Ἀφροδίτη· τὴν δὲ ἕκτην Ἑρμῆς· τὴν δὲ ἑβδόμην Σελήνη· καὶ ὁ μὲν ζῳδιακὸς κύκλος ἀνώτερος αὐτῶν ἐστιν· αὐτοὶ δὲ εἰς ἰδικὸν κύκλον κεῖνται· ὑποκάτωθεν δέ εἰσι τοῦ ζῳδιακοῦ κύκλου ταπεινότεροι τῶν ἀπλανῶν· ἄλλοι ⟨δὲ⟩ ἐν ἄλλῳ ὕψει κατὰ τὸν ζῳδιακὸν κύκλον πλανῶνται ἐκτρεπόμενοι τῆς ἴσης ὁδοῦ, δι' ἧς τὸν Ἥλιον ἐπινοοῦμεν φερόμενον· καὶ ὁ μὲν Κρόνος εἰς ἕκαστον ζῴδιον ἐνιαυτοὺς δύο καὶ μῆνας ἑξ· μείζων γὰρ αὐτοῦ ἡ περιφορά, ὡς ἀνύειν πάντα τὸν ζῳδιακὸν δι' ἐτῶν τριάκοντα, τὸν δὲ Δία δι' ἐτῶν δώδεκα· τὸν δὲ Ἄρεα εἰς ἕκαστον ζῴδιον ἡμέρας τεσσαράκοντα πέντε καὶ τὸν πάντα κύκλον ἀνύειν εἰς ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας τέσσαρας· ὁ δὲ Ἥλιος εἰς ἕκαστον ζῴδιον ποιεῖ μῆνα καὶ τὸν κύκλον εἰς ἐνιαυτὸν πληροῖ. ἡ δὲ Ἀφροδίτη κτλ.* Scholiasta cum id ageret — quod saepius attendere licet — ut Arati doctrinam ad recentioris astronomiae progressus exigeret, non quinque sed septem nominavit planetas adsumptis Sole et Luna, qui ab Arato seorsum tractantur. Cum hoc interpretis consilio etiam Solis commemoratio a Catasterismis iniecta cum unice cohaereat, ex commentario quodam Arateo — eodem scilicet quem antea indagavimus — necessario repetenda est ea unde hoc in capitulo profecti sumus de Planetis disputatiuncula[38]).

[38]) Componam cetera paraphraseos Arateae exempla potissima, in quibus si quae inveniuntur ad Arati verba additamenta in scholiis redeunt.

Draco: 45 *s τὰς δὲ δι' ἀμφοτέρας οἵη ποταμοῖο ἀπορρώξ*
εἱλεῖται μέγα θαῦμα δράκων.

cf. *Cat.* III *οὗτός ἐστιν ὁ μέγας τε καὶ δι' ἀμφοτέρων τῶν Ἄρκτων κείμενος.*

Anguitenens: 82 *s ἀμφότεραι δ' Ὄφιος πεπονείαται, ὅς ῥα μάλιστα*
δινεύει Ὀφιοῦχον· ὁ δ' ἐμμενὲς εὖ ἐπαρηρώς
ποσσὶν ἐπιθλίβει μέγα θηρίον ἀμφοτέροισιν
Σκορπίον ὀφθαλμῷ τε καὶ ἐν θώρηκι βεβηκώς ὀρθός ⟨cf. *schol.*⟩.

6.

De equi catasterismo ⟨XVIII *p.* 120 *Robert.*⟩ ita exponitur: *Ἄρατος μὲν οὖν* ⟨*v.* 216 *s*⟩ *φησι τὸν ἐπὶ Ἑλικῶνος εἶναι ποιήσαντα κρήνην τῇ ὁπλῇ, ἀφ' οὗ καλεῖσθαι Ἵππου κρήνην· (ἄλλοι δὲ τὸν Πήγασον εἶναί φασι τὸν εἰς τὰ ἄστρα ἀναπτάντα ὕστερον τῆς Βελλεροφόντου πτώσεως·) διὰ δὲ τὸ μὴ ἔχειν πτέρυγας ἀπίθανον δοκεῖ τισι ποιεῖν τὸν λόγον,* scilicet *Aratus. 'Idem igitur dixerunt illi alii atque Aratus, cui nihilo minus opponuntur'* obvertit Robertus, eademque observatione fretus eo progreditur, ut hanc Arati memoriam statuat a 'Catasterismis' primitus alienam interpolatoris quem sibi finxit licentiae deberi: qua omissa turbas, quas ibidem excitavisset Aratus, optime sedari. At cur omnino Aratum et alios illos dicat inter se opponi Robertus non dispicio, cum duae duorum testium opiniones ordine altera post alteram simpliciter referantur: quo fit, ut prior,

---

cf. *Cat.* VI *οὗτός ἐστιν ὁ ἐπὶ Σκορπίου ἑστηκὼς ἔχων ἐν ἀμφοτέραις χερσὶν Ὄφιν. Ib.* VII *οὗτος διὰ μέγεθος εἰς δύο δωδεκατημόρια διαιρεῖται· καὶ τὸ μὲν ἐπέχουσιν αἱ χηλαὶ θάτερον δὲ τὸ σῶμα καὶ τὸ κέντρον.*

Equus: 214 *s.* *οὐδ' ὄγε τετράπος ἐστίν· ἀπ' ὀμφαλίοιο γὰρ ἄκρου*
μεσσόθεν ἡμιτελὴς περιτέλλεται ἱερὸς Ἵππος.

cf. *Cat.* XVIII *τούτου μόνον τὰ ἔμπροσθεν φαίνεται ἕως ὀμφαλοῦ.*

Pliades: 237 *s.* *ἑπτάποροι δὴ ταίγε μετ' ἀνθρώπους ὑδέονται*
ἓξ οἷαι περ ἐοῦσαι ἐπόψιαι ὀφθαλμοῖσιν ⟨cf. *schol.*⟩.

cf. *Cat.* XIV (XXIII) *πρὸς δὲ τῇ ἀποτομῇ τῆς ῥάχεως ἡ Πλειάς ἐστιν ἀστέρας ἔχουσα ἑπτά· διὸ καὶ ἑπτάπορος καλεῖται· οὐχ ὁρῶνται δὲ εἰ μὴ ἓξ· ὁ δὲ ἕβδομος ἀμαυρός ἐστι σφόδρα.*

Deltoton: 234 *s* *τὸ δ' ἐπὶ τρισὶν ἑστάθμηται*
Δελτωτὸν πλευρῇσιν ἰσαιομένῃσιν ἐοικός
ἀμφοτέρῃς· ἢ δ' οὔτι τόση, μάλα δ' ἐστὶν ἑτοίμη
εὑρέσθαι· περὶ γὰρ πολέων εὐάστερός ἐστιν.
τῶν ὀλίγον Κριοῦ νοτιώτεροι ἀστέρες εἰσίν.

cf. *Cat.* XX *τοῦτό ἐστιν ὑπὲρ μὲν τὴν κεφαλὴν τοῦ Κριοῦ κείμενον· λέγεται δὲ ἐκεῖνον ἀμαυρότερον εἶναι, εὔσημον δὲ τὸ γράμμα ἐπ' αὐτοῦ κεῖσθαι.*

Eridanus: 359 *s* *οἷον γὰρ κἀκεῖνο θεῶν ὑπὸ ποσσὶ φορεῖται*
λείψανον Ἠριδανοῖο πολυκλαύτου ποταμοῖο·
καὶ τὸ μὲν Ὠαρίωνος ὑπὸ σκαιὸν πόδα τείνει.

cf. *Cat.* XXXVII *οὗτος ἐκ τοῦ ποδὸς τοῦ Ὠρίωνος τοῦ ἀριστεροῦ τὴν ἀρχὴν ἔχει.*

Ipsum Aratum quater nominant 'Catasterismi' II. IX. XVIII. XXXVIII.

quippe quae Equum inducat anonymum, posteriore egregie suppleatur: illam ab Arato, hanc a scriptore, qui Aratum enarrare voluit, 'Catasterismi' mutuati sunt. Miror ne Robertum quidem hoc statuisse propterea, quod alterum interpretationis Arateae vestigium in eodem illo, quem tractamus, 'Catasterismo' ipse primus cognovit. Ad verba enim *διὰ δὲ τὸ μὴ ἔχειν πτέρυγας ἀπίθανον δοκεῖ τισι ποιεῖν τὸν λόγον* adnotat ⟨*p.* 120⟩: *Nempe Aratus. Ceterum haec verba non solum a Catalogis sed vel a Catasterismis aliena ac satis recenti tempore addita esse censeo, praesertim cum nemo testium ea legisse videatur.* Contra haec reputa: verba illa quoniam ad alios 'quosdam' Phaenomenorum enarratores respiciunt, ex commentario Arateo provenisse cum necessario sint censenda, arctissime cum antecedenti Arati mentione cohaerent nec possunt ulla vi divelli; vides nunc, cur uncinis illud '*ἄλλοι δὲ τὸν Πήγασόν φασιν*' *κτλ.* supra incluserim. Primarium igitur in Equi Catasterismo locum ipsi Arato, 'aliis' istis secundarium et qui supplementi instar esset scriptor adsignare voluit. — Quae si recte disserui, adparet iniuria Robertum cum alias tum hanc Arati mentionem tanquam interpolatam expunxisse.

Prorsus idem ei accidit, ubi de Vrsa minore 'Catasterismi' locuntur ⟨*p.* 56 *Robert.*⟩: *Ἀγλαοσθένης δὲ ἐν τοῖς Ναξικοῖς φησι τροφὸν γενέσθαι τοῦ Διὸς Κυνόσουραν· εἶναι δὲ μίαν τῶν Ἰδαίων νυμφῶν· ἀφ' ἧς ἐν μὲν τῇ πόλει τῇ καλουμένῃ Ἰστοῖς τοὔνομα τοῦτο ἦν, ἣν οἱ περὶ Νικόστρατον ἔκτισαν· καὶ τὸν ἐν αὐτῇ δὲ λιμένα καὶ τὸν ἐπ' αὐτῷ τόπον Κυνόσουραν κληθῆναι. Ἄρατος δὲ αὐτὴν καλεῖ Ἑλίκην ἐκ Κρήτης οὖσαν, γενέσθαι δὲ Διὸς τροφόν· καὶ διὰ τοῦτο ἐν οὐρανοῖς τιμῆς ἀξιωθῆναι. 'Iterum prorsus idem dixit Aratus atque cuius sententia ei opponitur Aglaosthenes'* censet Robertus ⟨*p.* 33⟩. Iterum non opponi sed ordine enumerari testes equidem contendo. Nam etsi libenter Roberto largior Aglaosthenem non solam Cynosuram sed etiam Helicen Jovis in Creta nutricem fecisse, probabile tamen admodum immo certum est, mutilatam iam in Catasterismorum fonte illius fuisse narrationem: hoc igitur argumento abstinendum est, si de genuina libelli forma disceptatur.

7.

In explicando Ariete id potissimum 'Catasterismorum' scriptor agit, ut sideris pallorem unde natus sit inculcet. Quem ad finem cum de Phrixo, cui Aries pellem suam auream sibi ipse detractam donasset, satis exposuisset, haec addidit: *Αὐτὸς δὲ εἰς τὰ ἄστρα ἀπῆλθεν· ὅθεν ἀμαυρότερος φαίνεται·* Hodie inter clariora sidera Aries refertur, siquidem vel secundae magnitudinis stellam habet (*a*): crederes tot saeculorum decursu splendorem sideris succrevisse. At non crevit teste omnium his in rebus locupletissimo Hipparcho, qui ⟨*p.* 188 *B Petavius*⟩ in capite tres stellas, in pede dextro unam claram facile oculis percipi vel id temporis edocuit. Quid igitur? Erroris 'Catasterismi' convincuntur. Verumtamen qui plane eodem errore teneatur invenitur Aratus. Versibus enim 215 *s* — dubium an Eudoxi secutus exemplum — hunc in modum sidus illud descripsit:

Αὐτὸς μὲν νωθὴς καὶ ἀνάστερος οἷα σελήνῃ
σκέψασθαι, ζώνῃ δ' ἂν ὅμως ἐπιτεκμήραιο
Ἀνδρομέδης· ὀλίγον γὰρ ὑπ' αὐτὴν ἐστήρικται.

Quibus de causis Aratea sideris descriptio omnino a rerum natura abhorret, eas praeoccupavit Hipparchus ita argumentando: *Ἐπὶ δὲ τοῦ Κριοῦ ὁ Ἄρατος ἀγνοεῖν μοι δοκεῖ λέγων αὐτὸν ἀφανῆ γίνεσθαι ἐν τῇ πανσελήνῳ διὰ τὴν μικρότητα τῶν ἀστέρων· δεῖ δὲ σημειοῦσθαι τὴν θέσιν αὐτοῦ ἔκ τε τῶν ἐν τῇ ζώνῃ τῆς Ἀνδρομέδας ἀστέρων καὶ ἐκ τοῦ παρακειμένου αὐτῷ ἀπ' Ἄρκτου τριγώνου· λέγει γὰρ οὕτως περὶ αὐτοῦ·*

αὐτοῦ καὶ Κριοῖο θοώταταί εἰσι κέλευθοι·

καὶ πάλιν·

ἐστὶ δέ τοι καὶ ἔτ' ἄλλο τετυγμένον ἐγγύθι σῆμα
Δελτωτὸν πλευρῇσιν ἰσαιομένῃσιν ἐοικός
ἀμφοτέραις· ἣ δ' οὔτι τόση, μάλα δ' ἐστὶν ἑτοίμη
εὑρέσθαι· περὶ γὰρ πολέων εὐάστερός ἐστιν.

ἀλλ' οὐ χρεία σημειοῦσθαι τὸν Κριὸν ἐκ τούτων· οἱ γὰρ ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ κείμενοι ἀστέρες γ̄ λαμπρότεροί εἰσι τῶν ἐν τῇ

ζώνῃ τῆς Ἀνδρομέδας, ἔγγιστα δὲ καὶ τῶν ἐν τῷ τριγώνῳ, οὐ πολὺ λειπόμενοι αὐτῶν· καλῶς δέ ἐστιν ἐκφανὴς καὶ ὁ ἐν τοῖς ἐμπροσθίοις αὐτοῦ ποσὶ κείμενος[39]).

Adfirmant igitur cum Aratus ipse tum Catasterismi quod revera nunquam exstitit: nostro igitur iure alterum quaerimus qui rem commentus est, alterum qui credidit latiusque persecutus est. Et hoc quidem Catasterismos vel potius interpretem unde pendent Arateum eo consilio adparet fecisse, ut Arietem Arati fabula quadam probabili carentem inlustraret.

At ita, inquies, locuntur Catasterismi, quasi prorsus eodem modo historiola ista iam ab Hesiodo et Pherecyde fuisset exposita. Iam ut testimonia examinentur, praetermissis et scholiis in Germanicum et Epitoma, quas mutilas demonstravit Robertus ⟨*p.* 15. 124 *s*⟩, Hygini narrationem adscribam:

1) *Hic existimatur esse, qui Phrixum transtulisse et Hellen dictus est per Hellespontum. Quem Hesiodus et Pherecydes ait habuisse auream pellem* (*de qua alibi plura dicemus*). *Sed Hellen decidisse in Hellespontum et a Neptuno compressam Paeona procreasse complures* (*nonnulli Edonum*) *dixerunt. Praeterea Phrixum incolumem ad Aeeten pervenisse arietem Jovi immolasse pellem in templo fixisse et arietis ipsius effigiem ab Nube inter sidera constitutam habere tempus anni, quo frumentum seritur ideo, quod Ino tostum severit ante, quae maxime fugae fuit causa.* 2) *Sed Eratosthenes ait, arietem sibi ipsum pellem auream detraxisse et Phrixo memoriae causa dedisse, ipsum ad sidera pervenisse: qua re* (*ut supra diximus*) *obscurius videatur carens pelle.*

Hae narratiunculae ab Hygino iuxta positae eo inter se dissentiunt, quod priore illa — sive hoc primus fecit personatus ille Hesiodus sive Pherecydes — antiqua Phrixi fabula in universum cum sidere simpliciter coniungitur; hac posteriore ad certam illam Arati de Ariete opinionem — quam falsam esse

---

[39]) Quantas turbas illud 'Catasterismorum' testimonium apud astronomos excitaverit, legas apud Schaubachium, *Geschichte der Griechischen Astronomie bis auf Eratosthenes, Göttingen* 1802 *p.* 300.

vidimus — inlustrandam de industria ab interprete conformata est. Utrique rationi fabulae natura facile satisfecit.

8.

Hipparchus postquam singulis exemplis nihil in astronomia Aratum praestitisse nisi quod Eudoxi de sphaera placita prosa oratione perscripta in versus redegisset ostendit, ita perrexit ⟨*p.* 176 *D Petavius*⟩: *Καὶ ἄλλων δὲ πλειόνων ὄντων, ἅπερ ἂν δόξειεν οἰονεὶ παραγεγράφθαι, ἀρκέσει καὶ ταῦτα χάριν τοῦ μὴ μηκύνειν· χωρὶς δὲ τούτων καὶ ἡ διαίρεσις τῶν ἄστρων φανερὸν ποιεῖ τὸ προκείμενον· καὶ γὰρ Εὔδοξος, ὡς καὶ Ἄρατος, πρῶτον ἀναγράφει τὰ βόρεια ἄστρα τοῦ ζῳδιακοῦ· ἔπειθ' οὕτως τὰ νοτιώτερα κτλ.* Quod de Arato hic dixit Hipparchus idem cadit in 'Catasterismos'. Neque enim ea tantum, unde exordiuntur desinuntque, cum Arato habent communia, verum per totum libellum ordo dominatur prorsus idem atque Arateus, idque tam miros reddidit vel eos, qui Eratosthenis defenderunt auctoritatem, ut hodiernam quidem libelli formam instar commentarioli Aratei esse omnes concederent. Sed exstare contendunt, unde alius atque diversus quondam ordo in hac stellarum enumeratione fuisse intellegatur vestigia satis manifesta. Quamvis sagaciter minime tamen recte haec tractata sunt [40]) ideoque nunc retractanda. Ac primum quidem de Cepheo, qui locum in 'Catasterismis' XV^{um} obtinet, haec ibi leguntur: *Οὗτος ἐν τάξει τέτακται τέταρτος.* Deinde de Lyra, quae est XXIV^{a}: *Λύτη ἐνάτη κεῖται ἐν τοῖς ἄστροις.* Inde cum ceteri tum Robertus ordinem, qui illis duobus locis respicitur, omnino abhorruisse ab Arateo — quem secuntur 'Catasterismi' — rectissime conlegit. Iam id maxime indagandum erat, utrum idem iste ordo apud Eratosthenem — verum dico Eratosthenem, non 'Catasterismorum' compilatorem — an in alio quodam stellarum catalogo exstitisset: utrumque enim re per se sola perpensa cogitari et potest et debet. Robertus Eratosthenem praetulit rationibus nixus ille quidem iis quas supra nos dedita opera reiecimus, ab Arati in Catasteris-

[40]) Roberto ⟨*p.* 33 *s*⟩ praeiverunt Fellus et Heynius ⟨*ib.* 249⟩.

mis mentione desumptis. Ipse si probasse censebor quod studui nullum fuisse ante Hipparchum stellarum indicem, quo quasi canone uterentur posteriores: apertum est, quo duo illa diversi quondam ordinis vestigia non tendant, nempe non ad Eratosthenem. Quamquam indices illos integros esse Hipparcheos inde nequaquam efficiendum est: immo etsi eius catalogum pro fundamento Catasterismis subesse ultro nunc conicitur, sunt nihilo secius, quae aliter ipse statuerat. Velut Catasterismi octo Lyrae stellas nominant cum Timocharide saeculi tertii astronomo[41]; decem Hipparchus adgnovit[42]).

Iam accuratior temporis nota investiganda est, qua quando Catasterismorum indices compositi sint definiri possit. Et primum quidem illos cum iis comparabimus stellarum numeris, quorum hic illic in 'Fastis' Ovidius mentionem iniecit: quos perlustrantibus duo occurrunt, qui consentiunt, itemque duo, qui differunt. Locos adponam:

I. Corona:	*Fast.* III 516 *aurea per stellas nunc micat illa novem*	
	Cat. V *p.* 66 *Rob.*	9.
II. Delphin:	*Fast.* II 118, II 81 (Juppiter) *stellas iussit habere novem*	
	Cat. XXXI *p.* 160 *Rob.*	9.
III. Equus:	*Fast.* III 458 *et nitidus stellis quinque decemque micat*	
	Cat. XVIII *p.* 122 *Rob.*	18.
IV. Chiron:	*Fast.* V 413 *...cum tu iustissime Chiron bis septem stellis corpora iunctus eras*	
	Cat. XI 186 *Rob.*	24.

Qui Augusti aetate ferebatur stellarum catalogus, eum — etsi probabiliter ne eum quidem integrum — fuisse tamen in

---

41) *Schol. Arat. ad v.* 229 *p.* 75, 39 *Bekker.*

42) *Schol. l. c.* Cum Hipparcho Ptolemaeus in Magna Syntaxi VII consentit. Eudemum novem adgnovisse scholion Marcianum ineditum testatur.

universum Hipparcheum si nondum sciremus, ostenderet doctus ille Vergilii commentator, qui ad *Georgicorum* I, 137:

> *Navita tum stellis numeros et nomina fecit*
> *Pleiadas Hyadas clarumque Lycaonis Arcton*

haec adnotavit: *Numeros aut currendi modos i. e. ortus et occasus (quod si est, quasi rem philosophorum praetermisit; nam tantum de nominibus dicit, ut Pleiadas Hyadas) aut certe revera ait numeros. Nam Hipparchus scripsit de signis et commemoravit etiam unum quodque signum quot claras quot secundae lucis quot obscuras stellas habeat: secundum quod bene commemoratis signis quasi notum stellarum numerum praetermisit.*

Quodsi Chironi Catasterismi decem stellas plus quam catalogus Ovidianus tribuunt, non temere illinc conligere videor, illorum post Ovidii demum aetatem ortum esse indiculum; quodque in Chironem cadit de ceteris sponte valebit.

Superest tertius index is, quem M. Antonino Pio imperatore Claudius Ptolemaeus in Magnae Syntaxis libro septimo composuit. Quem si quis vel obiter cum 'Catasterismis' comparaverit, ex numerorum diversitate ultro intelleget, ante Ptolemaeum necessario 'Catasterismorum' catalogum esse scriptum, quoniam exceptis pusillis singulorum siderum stellae multo plures a Ptolemaeo enumerantur. Quod ut facilius ab iis, qui haec in manus sument, possit examinari, in unum conspectum duos illos indices subiciam:

	Catasterismi	Ptolemaeus		Catasterismi	Ptolemaeus
1. Ursa minor	7	8	5. Corona[44])	9	8
2. Ursa maior[43]) .	23	35	6. Anguitenens ...	40	47
3. Draco	15	31	7. Scorpius	19	24
4. Engonasin	19	30	8. Arctophylax ...	14	23

[43]) 25 Parmeniscus adgnovit ⟨*Hygin.* II *p.* 32, 18 *s*⟩.

[44]) Corona australis 13 stellis apud Ptolemaeum composita deest in 'Catasterismis'.

	Catasterismi	Ptolemaeus		Catasterismi	Ptolemaeus
9. Virgo	19	32	27. Sagittarius	22	31
10. Gemini	19	25	28. Sagitta	4	5
11. Cancer ⟨Chelae Asini Praesepe⟩	18	30	29. Aquila	4	9 + 6 ⟨οἱ περὶ τὸν Ἀετὸν, ἐφ' ὧν ὁ Ἀντίνοος, ξξ.⟩
12. Leo	19	35			
13. Auriga	8	14			
14. Taurus Hyades	25	43	30. Delphin	9	10
			31. Orion	17	38
15. Cepheus	19	13	32. Canis	20	29
16. Cassiepia	14	13	33. Lepus	7	12
17. Andromeda	20	23	34. Argo	27	45
18. Equus	18	24	35. Cetus	13	22
19. Aries	17	18	36. Eridanus	13	34
20. Deltoton	3	4	37. Piscis australis.	12	18
21. Pisces	27	38	38. Ara	4	7
22. Perseus	19	29	39. Centaurus	24	37
23. Lyra	8	10	40. Hydra	24	27
24. Olor	14	19	Corvus	7	7
25. Aquarius	17	45	Crater	10	7
26. Capricornus	24	28	41. Procyon	3	2

Apertum igitur videtur ante Ptolemaeum et post Ovidii aetatem stellarum indices qui in 'Catasterismis' inveniuntur esse confectos. Qui termini nimium patentes ut angustioribus finibus includantur, Aquilae catasterismum adeamus ⟨XXX *p.* 156ª 26 *Rob.*⟩, de quo haec leguntur: *Ἔχει δὲ ἀστέρας δ̄, ὧν ὁ μέσος ἐστὶ λαμπρός*: vides quam paucae stellae scriptori satisfecerint. At non Ptolemaei demum sed iam Hadriani aetate idem illud Aquilae sidus multo pluribus constitisse luculenter potest ostendi. Antinoum enim Hadriani amores, cum mortem pro imperatoris salute ultro oppetiisset, inter Aquilae stellas ab astronomis Hadriano scilicet gratum facturis[45]) indagatum esse cum aliunde tum ex ipso Ptolemaei catalogo cognoscitur. Inter eas enim stellas Ptolemaeus

[45]) Tatianus *Or. ad Graecos* ⟨*p.* 40 *ed. Worth*⟩ paullo aliter Antinoum ad faciem in orbe Lunae rettulit famam quandam vulgarem secutus.

enumerat Antinoum, quae etsi ad Aquilae figuram exprimendam non erant necessariae tamen ad eius sidus pertinerent (*οἱ περὶ τὸν Ἀετόν, ἐν οἷς ὁ Ἀντίνοος, ἕξ*).

Quae cum ita sint, aut exeunte primo p. Chr. n. saeculo aut ineunte altero mihi stellarum numeri, quos recepit qui Catasterismis sua suppeditavit, compositi videntur. Accuratior quomodo elici possit temporis nota, non adsequor[46]).

9.

Deinceps duae aliae oriuntur quaestiones gravissimae. Explorandum enim nunc est, quando primum et ubi Catasterismorum doctrina fabularis cum stellarum indiculis in unum coaluerit. Atque inde quod indices tales quales ante Ptolemaeum, summum in his rebus saeculis posterioribus auctorem, circumferebantur, cum fabulis coniuncti sunt, intellegitur factum hoc esse certe ante Ptolemaeum saeculi alterius p. Chr. n. decursu, fortasse vel ante Hadriani aetatem, at post Augusteam ⟨cf. § 8⟩. Investigata porro in Catasterismis sunt multa interpretationis Arateae vestigia cum in astronomica libelli parte tum in ea quae ad fabulas pertinet. *Ex amplo igitur doctoque in Aratum commentario Catasterismos constat excerptos esse: ibi primum catalogi stellarum cum mythica ceteraque doctrina astronomica in eam formam quam servaverunt 'Catasterismi' redacti sunt.* Felici casu evenit, ut eam ipsam de qua agitur Aratum commentandi rationem possim accuratius significare. Duo huius rei mihi suppetunt testimonia, alterum Leontii saec. VII mechanici alterum Nicetae interpretis Phaenomenorum Marciani saec. XI. Leontius in commentatione cui inscripsit '*περὶ κατασκευῆς Ἀρατείας σφαίρας*' Theodoro suo sphaeram Arateam promisit sese esse fabricaturum idque ea de causa, quod vulgares

46) Iam scire velim, cui librorum Eratosthenicorum index Suidianus debeatur *s. v. Ἐρατοσθένης*. De Asclepiade Myrleano videtur nunc actum esse, quoniam 'Catasterismorum' libellus qui commemoratur ⟨*ἀστροθεσίαν ἢ καταστερισμούς* cf. *p.* 1⟩ certe ante medium alterum p. Chr. saeculum non exstitit, probabiliter ne ante tertii quidem initium. Quamquam fieri potest, ut aut ab ipso Suida aut ab Hesychio libelli titulus additus sit.

quae exstarent a poetae caeli descriptione prorsus differrent. *Ἔστω δὲ δῆλον,* inquit, *ὅτι τοῖς πρώτως μάλιστα ἀναγιγνώσκουσι τὰ Ἀράτεια χρήσιμος ὁ λόγος, εἴγε καὶ μέλλοιεν τὰ λεγόμενα καταλαμβάνειν· πᾶσαι γάρ, ὡς οἶσθα, αἱ νῦν φερόμεναι σφαῖραι Πτολεμαίῳ μέν, ὡς εἰκός, ἔν τισιν, Ἀράτῳ δὲ κατὰ τὸ πλεῖστον οὐ συμφωνοῦσιν, ὥστε τῶν πρώτως μάλιστα ἀναγιγνωσκόντων τὰ Ἀράτεια τοὺς μὲν δυσχερῶς ἐφικνεῖσθαι τῶν λεγομένων, τινὰς δὲ μηδ' ὅλως παρακολουθεῖν δύνασθαι· καίτοι ἐπενοήθησαν μὲν αἱ τοιαῦται σφαῖραι πρὸς τὸ νοεῖν σαφῶς τὸν Ἄρατον. διὸ δὴ καὶ παρωνύμως ἀπ' αὐτοῦ λέγονται· καθὼς δέ φαμεν, ἐν τοῖς πλείστοις αὐτῷ οὐ συμφωνοῦσιν κτλ.*[47]) Sphaerae igitur 'Arateae', quas tangit Leontius, ad progressioris astronomiae inventa poetae descriptionem emendabant. Neque aliud ille commisit Arati interpres, qui stellarum catalogos commentario suo inseruit. Sunt igitur iidem, quos coniunctim vituperat Nicetas ⟨in codice Arati Marciano 476 s. XI fol. 30^{b}⟩: *Ὅμηρον μὲν ἓν εἶδος γραφέων βλάπτει τῶν βιβλιογράφων, Ἄρατον δὲ δύο βιβλιογράφων τε καὶ ζωγράφων, ⟨ὧν⟩ ἁμαρτήματα τῶν Ἀράτου θεωρημάτων ἐγκλήματα ποιοῦσιν οἱ κουφότεροι διὰ τὴν ἄγνοιαν τοῦ παντὸς λόγου καὶ τῆς ἀληθείας.*

Monenda haec de ista interpretum perversitate erant, ne quid inde quod stellarum catalogi minime cum Arato congruunt in alteram utram partem praepropere concludatur. Simul haec observatio recte perpensa ad aestimandum aliud quoddam quod huc pertinet documentum aditum aperiet.

IV.

Iure eandem interpretum perversitatem conqueritur qui epistulam ad Iulianum conscripsit Arati ipse enarrator. Legitur illa in

[47]) Cf. *Arat. ed. Buhle* II *p.* 257. Ubi ab Aldina, quam apud Buhlium repetitam invenies, recedendum putavi, ad librum Parisinum verba constitui. Aldus, qui et princeps et solus librum recensuit, quo codice usus sit ignoro. Sphaerae ipsius delineatio in codice Parisino — et in Aldino quoque, ut videtur — omissa est: quod sane dolendum.

codice Marciano 476 aliis excerptis haud despiciendis circumsaepta: *Ταῦτά σοι, ὦ Ἰουλιανέ, συναγαγόντες ταχεῖαν πεποιήμεθα τὴν ἀπαγγελίαν· ἄλλοις δὲ μελλέτω γραφὰς ἀλλοίας ποιεῖν· εἰ μέντοι ὁ Ἄρατος μνησθείη Περσέως, πάντα τὰ περὶ Περσέως διερευνᾶν· εἰ δὲ Βοώτου, τὰ περὶ ἐκείνου· εἰ δὲ Ἀργοῦς, τὰ περὶ Ἀργοναυτῶν· τοῖς γὰρ βουλομένοις τὰ περιμηκέστερα βιβλία καὶ πλείονα καὶ τοῦ ἀναγκαίου ἐκτὸς καταλιπεῖν τοσαίδ' ὁδοί·*[48]) *ὑμῖν δὲ καὶ ταῖς*[49]) *κατὰ καιρὸν ἐξηγήσεσιν καταλείπω τὸ περιττὸν τῆς συνταγματικῆς ἐκδόσεως· εἴρηται δὲ πάντα τὰ ἀναγκαῖα καὶ συντελοῦντα πρὸς τὸ σαφὲς ἀπεριέργως καὶ ὡς ἂν ἀνδρὶ διὰ τῶν μαθημάτων φιλοσοφοῦντι ἐξηγήσασθαι πρέπον ἦν τὸ ποίημα· τὰ δὲ λίαν φανερὰ ὡς λέγουσιν ἐξ ἀγωνίας παραλέλειπται· τί γὰρ ἤπειγεν ἄκαιρον ἐνδείκνυσθαι πολυμάθειαν καὶ καταλέγειν, ὅσων καὶ ἡλίκων ἀστέρων ἕκαστον ἄστρον, καὶ θέσεις διηγεῖσθαι κύκλων πολλῶν μηδὲν εἰς τὸ ποίημα συντελούντων, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα γράφουσιν ἀμέτρως, [οὐ] πολυμάθειαν τὴν ἑαυτῶν εἰς μέσον τιθέντες πάντως [πάντες cod.] δὲ φιλόσοφοι θέλοντες εἶναι*[50]).

1) Auream epistulam dixeris: aurea omnia quae ille *διὰ τῶν μαθημάτων φιλοσοφῶν* ira incensus adversario verboso cuidam et nimis docto Arati interpreti interpres ipse obiecit. Componam quae alia de illo sive constant sive comperiri possunt epistolographo. Dedit ille commentarium ad Iulianum quendam discipulum eratque astronomiae non minus quam philosophiae peritus. Auditoribus Phaenomena Arati se interpretari solere ipse fatetur scholarumque usui brevem illum destinaverat commentarium. Cuius quidem certa in scholiis Arati Marcianis prostant vestigia. Velut *ad. v.* 87, ubi Arati de Virgine incipit narratio, haec adnotata sunt: *Οἱ πάντες μέν, ὅσοιπερ κατέλεξαν περὶ τῆς Παρθένου, ληροῦσιν· πεποίηται δὲ τὸ πᾶν ποιητικῇ αἰνιγματώδει ἐξουσίᾳ.* Eundem doctrinae astrotheticae con-

48) *τὰ σὰ ὁδός cod. em. Bekkerus.*

49) *τοῖς cod.*

50) Haec quoque epistula a solo Aldo recensa est in 'astronomorum graecorum' editione, unde pendent recentiores. Liber Aldinus descriptus erat ex Marciano 476. Unde cum ceteri quotquot supersunt codices fluxerint, ad unum illum epistulam edidi.

temptum epistolographus cum alibi tum in ipso Bootis signo prodit, Virginis secundum notissimam narrationem parentis — Icari enim et Erigonae ultro reminisceris —: *εἰ δέ*, inquit, *Βοώτου* (*Ἄρατος μνησθείη*), *τὰ περὶ ἐκείνου* (*διερευνᾶν τοῖς ἄλλοις μελλέτω*). Certiora ut nanciscamur, longius nobis exspatiandum est. Aratus de Deltoto et Piscibus *v.* 233—240 haec scripserat:

> *Ἐστὶ δέ τοι καὶ ἔτ' ἄλλο τετυγμένον ἐγγύθι σῆμα*
> *νειόθεν Ἀνδρομέδης, τὸ δ' ἐπὶ τρισὶν ἐστάθμηται*
> *Δελτωτὸν πλευρῇσιν ἰσαιομένῃσιν ἐοικός*
> *ἀμφοτέρῃς· ἢ δ' οὔτι τόση, μάλα δ' ἐστὶν ἑτοίμη*
> *εὑρέσθαι· περὶ γὰρ πολέων εὐάστερός ἐστιν.*
> *τῶν ὀλίγον Κριοῦ νοτιώτεροι ἀστέρες εἰσίν·*
> *οἱ δ' ἄρ' ἔτι προτέρω, ἔτι δ' ἐν προμολῇσι νότοιο*
> *Ἰχθύες.*

Ad Arietem illud '*προτέρω*' referri iussit Hipparchus, cum Aratum ita impugnaret ⟨*p.* 181E *Petavius*⟩: *Ψευδῶς δὲ λέγεται καὶ ταῦτα ὑπὸ τοῦ Ἀράτου·*

> *οἱ δ' ἄρ' ἔτι προτέρω, ἔτι δ' ἐν προμολῇσι νότοιο | Ἰχθύες.*

οὐ γὰρ ἀμφότεροι νοτιώτεροί εἰσι τοῦ Κριοῦ ἀλλὰ ὁ εἷς αὐτῶν κτλ. Et haec quidem de Piscibus observatio recta. Nam revera si quis '*προτέρω*' comparativum cum Ariete, cuius proxime antecedit mentio, coniunxerit, sideris positio evadit rerum naturae contraria. Verum enim est et ex quavis stellarum tabula perspicuum, Piscium alterum Ariete esse australiorem, borealiorem alterum. Evanesceret difficultas, dum ad Deltoti latera — *τῶν* — '*προτέρω*' illud liceret revocare, quoniam Piscium uterque magis Deltoto ad meridiem praelabitur. Quae etsi Hipparcho ne digna quidem mentione visa est interpretatio, nequaquam tamen a verborum conformatione recedit. Nec defuit qui eam defenderet: ecce *schol. l. c.* ⟨*p.* 72, 16 *Bekk.*⟩: *Ὁ δὲ Ἵππαρχος οὐχ ὡς πρὸς τὸ Δελτωτὸν ἀλλ' ὡς πρὸς τὸν Κριὸν ἐν προμολῇσι νότοιο λέγει τοὺς Ἰχθύας, ἵνα τὸν Ἄρατον εὐθύνῃ· βέλτιον δὲ ἀνυπεύθυνον ἀκούειν ἐκείνως* (scil. ad Deltoton illud '*προτέρω, ἔτι δ' ἐν*

προμολῆσι νότοιο' referendo)[51]). Persentiscis interpretis adversus Hipparchum indignationem, quippe qui adeo processerit, ut nimiae contra Aratum malevolentiae et cupiditatis Hipparchum aperte accusaret. Et hoc quidem gravissimum: nam qui tale quid ausus sit alterum invenio — si reapse alter est — biographum Arati Matritensem, qui idem erat interpres *p.* 59 *West*: *Τὴν δὲ τῶν Φαινομένων ὑπόθεσιν παρέβαλεν αὐτῷ ὁ Ἀντίγονος δοὺς τὸ Εὐδόξου σύγγραμμα κελεύσας ἕπεσθαι αὐτῷ· ὅθεν τινὲς τῶν ἀπαλωτέρως προσερχομένων ταῖς ἐξηγήσεσιν ἔδοξαν μὴ μαθηματικὸν εἶναι τὸν Ἄρατον· ὑπέλαβον γὰρ μηδὲν ἕτερον τῶν Εὐδόξου Φαινομένων ποιήσαντα αὐτὸν εἰς τὸ σύγγραμμα θεῖναι· ταύτης δὲ τῆς γνώμης ἔχεται καὶ Ἵππαρχος ὁ Βιθυνός· ἐν γὰρ τοῖς πρὸς Εὔδοξον καὶ Ἄρατον πειρᾶται τοῦτο ἀποδεικνύναι· συναγορεύει δὲ αὐτῷ καὶ Διονύσιος ἐν τῷ περὶ συγκρίσεως Ἀράτου καὶ Ὁμήρου περὶ τῶν μαθηματικῶν, ὅσπερ γέ φησιν· 'οὐ τίθεμεν αὐτὸν ἰατρὸν εἶναι γράψαντα τὰς ἰατρικὰς δυνάμεις, οὐδὲ μαθηματικὸν θήσομεν οὐδὲ ξένον εἰπόντα τῶν Εὐδόξου'·*[52]) *βιάζονται δ' οὐ μετρίως· ἦν γὰρ καὶ τὸ εἰδέναι μεταφράσαι ἐμπειρίας μαθηματικῆς. εὑρήσομεν δὲ αὐτὸν καὶ ἐπιμελέστερον τὰ πλεῖστα τοῦ Εὐδόξου ἐπιστάμενον.* Qui auctiore rerum astronomicarum notitia Eudoxo Aratum praestitisse adfirmavit, is de veritate Hipparchi — cui Aratus Eudoxea partim non satis intellexisse partim aperte depravasse videretur — honorifice nullo

[51]) Vel hoc scholio conlato cum eo, quod supra *p.* 17 tractavi, adparet scholia Aratea ex compluribus conflata esse auctoribus: hoc enim loco Hipparchus recentior dicitur Arato, illo antiquior. — Veritatem etiam in hac quaestione dudum sed frustra Hugo Grotius patefecit, posterioribus — excepto Bekkero — Maximi Planudis suspicio, quae in nonnullis Marciani apographis Byzantinis invenitur, praeplacuit, scholiorum corpus integrum ad Theonem Alexandrinum referentis. Verum citantur in 'Phaenomenorum' scholiis Sporus et 'Eratosthenes', in Diosemiorum Orion Apollinaris — qui fuit ante Achillem ⟨*p.* 82 *C Petav., Diels D. G. p.* 18⟩ — et Plutarchus, cuius *αἰτίαι τῶν Ἀράτου διοσημείων* etiam in Lampriae qui fertur catalogo commemorantur ⟨*ed. Treu Waldenburg i. Schl.* 1875 *p.* 12⟩. Nihil igitur aliud testatur Planudes quam Theonea quoque scholiis inesse nonnulla.

[52]) Conferatur Pamphilus grammaticus, qui sine ulla rerum botanicarum cognitione herbas descripsit ⟨*Galenus περὶ ἁπλῶν φαρμάκων* XI 792 *s Kühn. Wilamowitz. Antig. Car. p.* 171⟩.

pacto potuit sentire. Quod idem cum fecerit scholiasta Marcianus *l. c.*, ab illo non separandus videtur[53]).

Novo et insperato quodam subsidio effectum est, ut illi de quo agitur interpreti nomen suum et lucem reddere possim: '*γένος Ἀράτου· Θέωνος Ἀλεξανδρέως*' eadem illa inscripta est vita in codice 'Astronomorum Graecorum' Ambrosiano C. 263 Inf. s. XV chart. fol. 308[b], cuius praestantiam identidem laudabo[54]). At complures, inquies, Theones Alexandrini reperiuntur et

---

[53]) Rem in adnotatione persequar. Illud de auctiore Arati quam Eudoxi scientia iudicium aperte iniustum iteratur in scholiis Marcianis. Recordaris Arati de Ingeniculo versus varium in modum a commentatoribus inde ab Attalo esse explicatos, cuius veram sententiam, supra *p.* 18 *s* dixi Hipparchum ita esse adsecutum, ut simul manifestum Eudoxi errorem simpliciter transiisse in Arati Phaenomena perspiceret. Iam scholion ad illos versus perlegas

μέσσῳ δ' ἐφύπερθε καρήνῳ
δεξιτεροῦ ποδὸς ἄκρον ἔχει σκολιοῖο Δράκοντος·

ὑπεράνωθεν δὲ τῆς κεφαλῆς τοῦ Δράκοντος ὁ Ἐγγόνασι τὸ ἄκρον τοῦ ποδὸς ἔχει τοῦ ἀριστεροῦ· τὸ δὲ δεξιτεροῦ συντακτέον τοῦ Δράκοντος· ὁ γὰρ Δράκων βορειότερός ἐστι τοῦ Ἐγγόνασιν· τὸ δὲ δεξιτεροῦ σημαίνει τὸ βορειοτέρου· καὶ ἰστέον ὅτι εὐλογώτατα ἡμᾶς διδάσκει· ἡμῶν γὰρ ἱσταμένων πρὸς τὴν τοῦ παντὸς κίνησιν τὰ δεξιὰ μέρη εἰσὶ τὰ βόρεια. τὰ δὲ ἀριστερὰ τὰ νότια· ὥστε οὖν φυσικῶς τὸ δεξιτεροῦ ἐστι βορειοτέρου· ἡ δὲ τοῦ παντὸς κίνησις πρὸς δυσμὰς γίνεται. Pro improbabili haec habenda est interpretatio, quia contra Arati morem dicendi peccavit, quippe qui proprio sensu locali non tralaticio *ἀριστερός* et *δεξιός* usurpet ⟨cf. *Hipparch. l. c. p.* 18 *s*⟩. Iam vero quod in Arato explicando idem in Eudoxo adhibere artificium non licuit. Haec enim Eudoxi verba apud Hipparchum ⟨*p.* 174 B *Petav.*⟩: '*Ἐπὶ δὲ τοῦ Ἐγγόνασιν ὁ μὲν Εὔδοξός φησι· 'παρὰ δὲ τὴν κεφαλὴν τοῦ Ὄφεως ὁ Ἐγγόνασίν ἐστιν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς τὸν δεξιὸν πόδα ἔχων'.* Quo *δεξιὸν* illud referatur, nihil nisi *πόδα* exstat. Errasse igitur Eudoxum, cum Aratus tacite errorem correxisset maiore scilicet praeditus harum rerum cognitione, illi interpreti vel invito erat confitendum: vides, quo vinculo hoc scholion cum illo quod in textu qui dicitur tractavi conexum sit.

[54]) Indicem libri saec. XV adscribam qualem meum in usum composui:
fol. 1 *Ἀριστάρχου περὶ μεγεθῶν καὶ ἀποστημάτων Ἡλίου καὶ Σελήνης.*
10[b] *Ὑψικλέους ἀναφορικός.*
13[b] *Αὐτολύκου περὶ κινουμένης σφαίρας.*
35[a] *Θεοδοσίου περὶ ἡμερῶν καὶ νυκτῶν.*
62[b] *Θεοδοσίου περὶ ἀσκήσεων* ⟨add. m[2], quae titulos adscripsit, hanc sub-

grammatici et mathematici! Redeo igitur ad Byzantinos, ad quos de Theone Arati enarratore famam quandam (etsi ita obscuratam, ut scholiorum Marcianorum auctorem simpliciter Theonem faceret Planudes) dixi perdurasse: scholia enim Laurentiana ⟨plut. XVIII cod. 44. saec. XV chart.⟩ ex Marcianis, nescio quibus intermediis, derivata hunc in fronte gerunt titulum fol. 43ᵃ: *Ἐκ τῆς εἰς τὰ τοῦ Ἀράτου Φαινόμενα Θέωνος ἐξηγήσεως ἐκλογαὶ διορθωθεῖσαι παρὰ τοῦ σοφωτάτου μοναχοῦ κυρίου Μαξίμου Πλανού-*

---

scriptionem: *ὡς εὕρηται ἔν τινι τῶν ἀντιγράφων· πόνος δὲ Βαϊανοῦ Μελησσινοῦ Κρητός*⟩. — Secuntur folia vacua duo, dein ab altera manu

fol. 71ᵃ—188ᵃ *Γεμίνου τὰ φαινόμενα | Κλαυδίου Πτολεμαίου περὶ ὑποθέσεων τῶν πλανωμένων | Θέωνος Σμυρναίου τῶν εἰς τὸ μαθηματικὸν χρησίμων | Διοφάνους προλεγόμενα τῆς συντάξεως·*

188 *Ἱππάρχου περὶ τῶν δώδεκα ζῳδίων.*

189ᵃ Excerpta anonyma.

191ᵇ *Παύλου Ἀλεξανδρέως εἰσαγωγὴ καὶ μέθοδος εἰς ἀποτελεσματικὴν ἐπιστήμην.* (folia vacua 3).

195ᵃ *προλαμβανόμενα θεωρήματα εἰς τὰς γραμμικὰς ἀποδείξεις τῆς Πτολεμαίου μαθηματικῆς συντάξεως.* — Sequitur alia manus.

223 *Θέωνος Ἀλεξανδρέως λογικὴ ἔφοδος εἰς τοὺς προχείρους κανόνας τῆς ἀστρονομίας.*

295 *ἐκ τοῦ τρίτου λόγου Ἱππάρχου εἰς τὰ Ἀράτου καὶ Εὐδόξου φαινόμενα περὶ τῶν συνανατελλόντων ἄστρων τοῖς ιβ̄ ζῳδίοις.*

300ᵃ *Δίωνος Νικαέως* (de anni computatione cum figuris et explicatione Demetrii Triclinii, qui subscripsit: *παρ' ἐμοῦ καὶ τοῦτ' ἐπενοήθη τὸ σχῆμα καὶ τουτὶ πρὸς δήλωσιν γέγραπται Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου.* Videtur igitur Demetrius hunc codicem scribendum curasse, partim et ipse scripsisse).

304ᵃ *τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ ἐντὸς τῆς σελήνης ὁρωμένου μέλανος.*

306ᵇ *τῶν Ἀράτου φαινομένων προοίμιον. Ἐρατοσθένους, ἐν ἄλλῳ δὲ Ἱππάρχου.*

308ᵇ *γένος Ἀράτου· Θέωνος Ἀλεξανδρέως.*

309ᵇ *ἐκ τῶν Δεοντίου μηχανικοῦ περὶ τοῦ ζῳδιακοῦ κύκλου.*

310ᵇ *ἐκ τῆς ἑξαημέρου τοῦ μεγάλου Βασιλείου περὶ τῆς πρὸς ἄλληλα τῶν στοιχείων συναφείας καὶ κοινωνίας* (cum Triclinii figuris).

311ᵇ *περὶ σημείων τῆς κοινῆς συλλαβῆς τῶν ἐντὸς κειμένων τῆς βίβλου· ἡμέτερον Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου.*

313ᵃ *Συμεὼν μαγίστρου τοῦ Σηθ περὶ χρείας τῶν οὐρανίων σωμάτων.*

328 Achmeti in Ptolemaeum exegesis.

338 Agathemeri Geographica.

δους· Accuratiorem exemplar Parisinum ⟨2842 s. XV. 8°. chart. fol. 27ᵇ med.⟩ hanc servavit inscriptionem: *Θέωνος τοῦ μαθηματικοῦ ἐξηγήσεις τῶν Ἀράτου Φαινομένων*[55]). Verum cum Theones astronomi — vel quod fere idem est apud veteres mathematici — Alexandria complures sint oriundi: iterum consulendus est codex Ambrosianus. Ibi fol. 223 manus prima 'Theonis' ita repetivit memoriam, ut hunc ab Arati biographo paullo inferius fol. 306ᵇ nominato diversum non fuisse indicaret: *Θέωνος Ἀλεξανδρέως λογικὴ ἔφοδος εἰς τοὺς προχείρους κανόνας τῆς ἀστρονομίας*. Iam res expedita: floruisse enim Theonem eum qui 'logicam introductionem' confecit Alexandriae quarto p. Chr. saeculo tuto accepimus[56]).

Astronomiae et mathematicae Theo ille Alexandrinus tantam navabat operam, ut non solum ipse illis in artibus esset egregie exercitatus, verum ea, quae bene ante se elaborata essent, denuo recenseret et inlustraret. Archimedi quantum studii dedicaverit, Eutocii commentarius passim testatur: quae nolo repetere. Euclidis Elementorum editionem eum curasse ex codicis Dorvilliani s. IX scripti fol. 370 conligitur: *Εὐκλείδου στοιχείων τῆς Θέωνος ἐκδόσεως*. Praelectiones Euclideas editio Basileensis anni 1533 subindicat titulo nescio unde deducto: *Εὐκλείδου στοιχείων ἐκ τῶν Θέωνος συνουσιῶν*. Ptolemaei 'Magna Syntaxis' a Theone enarrata multis hodie codicibus circumfertur, quorum antiquissimus Marcianus videtur 313 membranaceus s. X. In epistula ad Epiphanium huic commentario praemissa[57]) de se suisque explanandi rationibus nonnulla in universum praefatus est: quae cum etiam ad Arati interpretationem facere videantur integra adscribam. *Συνεχέστερον προτρεπόμενος παρὰ τῶν ἀκροατῶν, τέκνον Ἐπιφάνιε, ὑπαγορεύειν εἰς τὰ ἑκάστῳ δοκοῦντα δυσχερῆ τῆς Πτολεμαίου μαθηματικῆς συντάξεως, καλῶς ἔχειν ἡγη-*

---

[55]) Idem ab altera manu totidem verbis fol. 118ᵇ med. repetitum est.

[56]) Circa annum 372 Prolegomena in Ptolemaei 'canones regum' edidit Theo viditque etiam Theodosium imperatorem (*Suid. s. v. Θέων*) cf. *Usener, mus. Rhen.* XXVIII (1873) *p.* 403, *Pappus ed. Hultsch* III *p.* VI.

[57]) Cf. ed. Basil. anni 1538 in fol. a Camerario curatam: inde liber I cum epistula ab Halma abbate est repetita Parisiis 1821. 4°.

σάμην τὸν ὑπομνηματισμὸν ταύτης ποιήσασθαι καὶ δεόντως, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, τῆς τοιαύτης σπουδῆς ἐπιμεληθῆναι, τῆς τε τῶν ἀστρονομουμένων ἀσκήσεως καὶ τῆς τῶν στοιχειουμένων προτροπῆς· δυνατὸν δέ ἐστι τοῖς φιλαλήθως καὶ ζητητικῶς ἐντυγχάνουσιν ἐφικέσθαι, ὡς ὅτι πλείστας ἀποδείξεις τῶν μηδ' ὅλως ἐπινοηθεισῶν παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν ὑπομνηματιστῶν παρεθέμεθα, ἐξ ὧν καταλελοίπασιν ὑπομνημάτων· τὰ γὰρ σαφέστερα προθέμενοι παραλιπεῖν τὰ μάλιστα δυσχερῆ καταλελοιπότες φαίνονται· καὶ πρὸς τούτοις τοῦ Πτολεμαίου διαρρήδην ἐν ἀρχῇ τῆς πραγματείας λέγοντος 'μέλλοντες ἅπαντα γραμμικῶς ἀποδεικνύειν αὐτοὶ τὰ πλεῖσια καθάπερ ἐν προχείροις κανόσι διὰ ψιλῶν ἐφόδων περαίνουσιν'· ἡμεῖς δὲ σπουδὴν μεγίστην τιθέμεθα μὴ μόνον διὰ τῆς γραμμικῆς δείξεως ἅπαντα κατὰ δύναμιν διεξελθεῖν, ἀλλὰ καὶ μηδὲν ὅλως τῶν δοκούντων εἶναι δυσχερῶν παραλεῖψαι, κἂν μὴ οἷοί τε τοσοῦτοι ὦμεν περὶ τῶν τοιούτων διαλαμβάνοντες· καὶ διὰ τὸ μὴ μακροποιῆσαι τὸν ὑπομνηματισμὸν ἐπὶ μὲν τοῦ πρώτου τῆς συντάξεως διὰ τὸ στοιχειῶδες ἅπαντα κατὰ λέξιν ἐκτιθέμενοι, ἐπὶ δὲ τῶν ἑξῆς, ὅσα μὲν καὶ τοῖς μικρὰ συνορᾶν δυναμένοις εὐμαρῆ καταφαίνεται, τούτων ἐκόντες ἀμελήσομεν, ὅσα δὲ τοῖς τοιούτοις μετρίως καταφαίνεται δυσθεώρητα, καὶ τούτων τὰς ἀποδείξεις ἐκτιθέμενοι· χάριν δὲ μεγίστην ἡγούμεθα λαμβάνειν παρὰ τῶν δυνατῶς ἐχόντων διορθοῦσθαι τὰ μὴ ὡς ἐχρῆν παρ' ἡμῖν ἠκριβωμένα, καθάπερ φησὶ καὶ αὐτός, μηδ' αἰσχρὸν ἡγεῖσθαι μεγάλης τινὸς καὶ θείας οὔσης τῆς ἐπαγγελίας, κἂν τῆς ὑπ' ἄλλων τύχωμεν διορθώσεως· οὐδὲ γὰρ καὶ αὐτοὶ τοσούτους ἑαυτοὺς εἶναι πεπιστεύκαμεν, ὥσθ' ἅπαντα κατὰ λέξιν ἀναμφισβητήτως διεξελθεῖν. In scholis igitur Ptolemaeum studiosae iuventuti Theo explicabat earumque in usum illum confecit commentarium. In quo hunc sibi finem posuit, ut quam brevissime quae minus perspicua essent inlustraret, cum contra fecisse priores interpretes '*ταῖς ἐκ φιλοσοφίας μακρολογίαις*' addictos conqueratur. In interpretando Arato similia eum spectasse cum per se sit consentaneum tum exemplis supra propositis confirmatur.

Nunc longam post digressionem ad epistulae Marcianae scriptorem redeamus indagandum. Cuius commentarius Arateus — sicut et Theonis — a librario Marciano compilatus est; et

Theo et ille '*ἄνδρες διὰ μαθημάτων φιλοσοφοῦντες*' erant; perversas priorum rationes uterque castigat maximeque '*τὰς ἐκ φιλοσοφίας μακρολογίας*', denique uterque studiosae iuventuti illum inscripserat commentarium[57b]). Exposui cur Theonem illam scripsisse epistulam Arateam mihi persuaserim.

2) Ad epistolographi pergo adversarium. Quae igitur in illo reprehensa sunt? Plenus doctrinae astrotheticae adparatus '*εἰ μέντοι ὁ Ἄρατος μνησθείη Περσέως, πάντα τὰ περὶ Περσέως διερευνᾶν· εἰ δὲ Βοώτου, τὰ περὶ ἐκείνου· εἰ δὲ Ἀργοῦς, τὰ περὶ Ἀργοναυτῶν*': exempli gratia haec vides posita. Stellarum porro catalogi '*ὅσων καὶ ἡλίκων ἀστέρων ἕκαστον ἄστρον*'. Tum circulorum caelestium expositio '*καὶ θέσεις διηγεῖσθαι κύκλων πολλῶν μηδὲν εἰς τὸ ποίημα συντελούντων*'. Denique in universum '*καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα γράφουσιν ἀμέτρως . . . πάντως δὲ φιλόσοφοι θέλοντες εἶναι*'. At complurium deridetur perversitas! Fatendum est, posse epistulae verba etiam de compluribus intellegi: verum qui fabulas sidereas cum stellarum indicibus copulaverit, unum tantum novimus Arati interpretem (eum ex quo 'Catasterismi' excerpti sunt), praeterea neminem. Illud propterea urgendum censeo, quod larga nobis ex scholiis, commentariis, excerptis de hoc litterarum genere iudicandi superest materia. Quocunque autem oculos converteris, nullum non dico testimonium sed ne levissimum quidem monstratur vestigium, alios quondam stellarum indices — velut Ptolemaei qui iidem seorsum iam antiquitus ferebantur hodieque in codice vetustissimo Laurentiano post Hipparchum feruntur[58]) — cum aliqua catasterismorum sylloga conexas fuisse[59]). — Itaque hoc certe largiendum est, siqui praeter

---

[57b]) Tamen non erat *σχολικὸν ὑπόμνημα*: Dionys. compos. verb. p. 302 Schn. *ἐνταῦθα ἡ μὲν ὑπόθεσις ἀπῄτει πολλὰ παρασχέσθαι τῶν εἰρημένων ἑκάστου παραδείγματος· καὶ ἴσως οὐκ ἂν ἀηδὴς ὁ λόγος ἐγένετο πολλοῖς ὥσπερ ἄνθεσι πεποικιλμένος τοῖς εἰαρινοῖς· ἀλλ' ὑπέρμετρον ἔμελλε φανήσεσθαι τὸ σύνταγμα ἢ παραγγελματικόν* (Lehrs *Aristarch*[2] *p.* 18 *s.*). Hinc verba epistolographi *τὸ περιττὸν τῆς συνταγματικῆς ἐκδόσεως* optime inlustrantur.

[58]) Plut. XXVIII cod. 39 fol. 38 s. s. XI: cf. *p.* 31.

[59]) De Parmenisco, qui huc trahi possit, cur a Roberto *p.* 225 *s.* meum seiungam iudicium, ex iis patet, quae statim disputabo de Genicularii fabellis.

illum quem tenemus exstiterunt qui alios ac diversos stellarum catalogos cum fabulis coniunctos exhiberent, eos in tenebris delituisse. Tamen quin tales respexisse epistolographus videatur ipsius verba prohibent: quae legas ac relegas, mihi ut concedas de notissimo quodam agi Arati enarratore, cuius tanta erat auctoritas, ut sese ipsum opponere ille non supervacaneum duceret. Unum igitur illum, ex quo 'Catasterismi' deprompti sunt, scriptorem tangi ab epistolographo censeo. Cumque 'Catasterismorum' fons in scholiis Arati Marcianis identidem deprehensus sit, hoc nunc ultro ad epistolographi adversarium transfertur. Exemplis hac de re supra *p.* 13 *s* adlatis unum placet addidisse. *P.* 59, 10 *Bekker.* septem Genicularii hae occurrunt explicationes:

1) *Οὗτος δέ ἐστι κατά τινας Ἡρακλῆς ἐπὶ ὄφεως βεβηκώς.* ⟨*Cat. p.* 62⟩. 2) *οἱ δὲ Προμηθέα λέγουσιν* ⟨scil. Hermippus⟩. 3) *οἱ δὲ Τάνταλον.* 4) *ἄλλοι Θάμυριν* ⟨*Θύβριν codex*⟩. 5) *ἄλλοι δὲ Θησέα.* 6) *ἄλλοι δέ φασιν αὐτὸν εἶναι τὸν Ἡρακλέα· τοῦτον γὰρ τοῖς Λίγυσι* ⟨*Λίβυσι codex*⟩ *πολεμοῦντα ἐκλιπόντων αὐτῷ τῶν τοξευμάτων ἐπὶ γόνυ πεσόντα λίθοις βαλεῖν, οὓς αὐτῷ Ζεὺς ὗσεν εὐξαμένῳ.* 7) *ἄλλοι δὲ καὶ Ἰξίονά φασιν.*

2—7. cum desint in 'Catasterismis', ita redeunt apud Hyginum ⟨*Astronom.* II 6 p. 41, 15 *Bunte*⟩, ut fabulam ex 'Catasterismis' depromptam subsequantur: *Araethus autem, ut antea diximus, hunc Cetea Lycaonis filium Megistus patrem dixit; qui videtur ut lamentans filiam in Ursae figuram conversam genu nixus palmas diversas tendere ad caelum, ut eam sibi dii restituant. Hegesianax autem Thesea dixit esse, qui Troezene saxum extollere videtur, quod existimatur Aegeus sub eo ellopium ensem posuisse et Aethrae Thesei matri praedixisse, ne ante eum Athenas mitteret, quam sua virtute lapide sublato potuisset gladium patri referre. Itaque niti videtur, ut quam altissime possit lapidem extollat. Hac etiam de causa nonnulli* ⟨scil. Anacreon et Hegesianax: *Robert. p.* 222⟩ *Lyram quae proxima ei signo est conlocata Thesei esse dixerunt, quod ut eruditus omni genere artium lyram quoque didicisse videbatur. Idque et Anacreon dicit ἀγχοῦ δ' Αἰγείδου Θησέος ἐστὶ Λύρη* ⟨=5⟩.

Alii autem Thamyrin a Musis excaecatum ut supplicem ad genua iacentem dicunt ⟨= 4⟩. *Alii Orphea a Thraciis mulieribus interfectum, quod viderit Liberi patris initia* ⟨Deest⟩. *Aeschylus autem in fabula, quae inscribitur* Προμηθεὺς λυόμενος, *Herculem ait esse* (*non cum dracone sed*) *cum Liguribus depugnantem. Dicit enim quo tempore Hercules a Geryone boves abduxerit iter fecisse per Ligurum fines. Quos conatos ab eo pecus abducere, manus contulisse et complures eorum sagittis confixisse. Sed postquam Herculi tela defecerint, multitudine barbarorum et inopia armorum defessum se ingeniculasse multis iam vulneribus acceptis. Iovem autem misertum filii curasse, ut circa eum magna lapidum copia esset. Quibus se Herculem defendisse et hostes fugasse. Itaque Iovem similitudinem pugnantis inter sidera constituisse* ⟨= 6⟩. *Hunc etiam nonnulli Ixiona bracchiis vinctis esse dixerunt, quod vim Iunoni voluerit adferre* ⟨= 7⟩. *Alii* (scil. Hermippus, *Robert. p.* 223) *Prometheum in monte Caucaso vinctum* ⟨= 2⟩.

Hygini et scholiorum consensu ad antiquum relegamur Arati commentarium, quo cuiusvis generis catasterismi undique erant congesti. Talem cum in scholiis Marcianis satis certo iam detexerimus ⟨*p.* 13 *s*⟩, hunc ab illo non licet[60]) seiungere.

Accuratiora ex scholiorum Marcianorum appendice sperandum nos adsecuturos. Ipsi enim Arato, qui in codice illo fol. 1^a — 29^b med. complectitur, Exerpta quaedam usque ad fol. 30^b fin. subiunxit librarius, indidem petita unde scholia composuerat. Quae Excerpta hoc se ordine excipiunt:

I. *Περὶ τοῦ ζῳδιακοῦ κύκλου* (Leontii mechanici)[61]).

---

[60]) Itaque ipse Hyginus loquitur in capitis initio: '*Etsi qui sit hic negat Aratus quemquam posse demonstrare, tamen conabimur, ut aliquid verisimile dicamus*', quamquam ipsam vituperandi materiam extrinsecus arcessit. Idem de altero loco II *p.* 23, 7 — 33, 4 contra Robertum *l. c.* mihi persuasi. — Ceterum scholion illud de Geniculario Arateum ⟨*p.* 59, 10 *Bekker*⟩ a Niceta ad Anguitenentem falso adscriptum est, qui idem anguem tenet oppressum: vides cur error ille facillimus Nicetae condonandus sit.

[61]) Leontii nomen in Marciano omissum ex codice Astronomorum Graecorum Ambrosiano C. 263 Inf. s. XV fol. 309^b elicui, ubi eidem disputatiunculae ita inscribitur: *ἐκ τῶν Λεοντίου μηχανικοῦ περὶ τοῦ ζῳδιακοῦ κύκλου.*

II. *Theonis ad Iulianum epistula.*

III. *περὶ τῶν Φαινομένων Ἀράτου* (i. e. Phaenomenorum summarium).

IV. *Definitiones quaedam astronomicae* ('caeli', 'circuli' etc.).

V. *Πῶς δεῖ ἱστᾶν τὴν σφαῖραν.*

VI. *De prooemiis editionum Arati et de perversitate interpretum* ⟨cf. *p.* 33 *s.*⟩.

VII. *Definitio 'sphaerae'*, cui a manu prima subscribitur *Ἱππάρχου Σπόρος* i. e. ex Hipparcho Sporus Arati interpres, *et distributio simul cum fabella de arctico circulo cretica.*

VIII. *Cur a boreali circulo Aratus incipiat*[62]).

Quod ex iisdem quibus scholia fontibus appendicem dixi confectam, Theonis et Spori excerptis comprobatur. De Theone satis dictum. Verum etiam Spori memoria in scholiorum compage identidem occurrit. Itaque Theonis adversarius quoniam in scholiis adhibetur idem in appendice exspectandus. Idque ita est — modo concedas, quod concedendum, fabellam de arctico circulo creticam, quam et in scholiis[63]) et in appendice Marcianus exhibet, ad illum redire auctorem. Et in appendice quidem iste catasterismus praeter horum Excerptorum morem cum antecedenti 'sphaerae' definitione ita copulatur, ut communem indicari originem adpareat. Iam verba ipsa considera:

Σφαῖρά ἐστι σχῆμα στερεόν, ὑπὸ μιᾶς ἐπιφανείας περιεχόμενον, πρὸς ἣν ἀφ' ἑνὸς τοῦ ἐντὸς τῆς σφαίρας σημείου ἑκάστη εὐθεῖα πᾶσαι ἀλλήλαις ἴσαι· τὸ δὲ σημεῖον τοῦτο κέντρον καλεῖται ὅ ἐστι γῆ: — Ἱππάρχου Σπόρος· διαιρεῖ δὲ τὴν σφαῖραν (Aratus) *εἵς τε βόρεια καὶ νότια καὶ τῶν βορείων βορειότερα, ἐξ ὧν τὴν ἀρχὴν ποιεῖται, καθ' ὃ ὑψηλὰ ὄντα φανερά ἐστιν· ἢ διὰ τὸ (εἶναι) τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην (περὶ τὰ βόρεια)· ἢ πρὸς τιμὴν τοῦ Διὸς ἐκεῖθεν ἤρξατο· ὁ γὰρ ἀρκτικὸς κύκλος περιέχει τὰς Ἄρκτους*

[62]) Aldus, quem expressit Buhle, haec quoque excerpta ex apographo desumpsit, in quo quae Marcianus diligenter separavit dedita opera confunduntur.

[63]) Redeunt in *schol. Od.* ε 272, ubi alia quoque scholia Aratea facile dignoscuntur. Inter 'Catasterismos' Robertus hanc fabulam recte rettulit *p.* 62.

καὶ τὸν Δράκοντα, περὶ ὧν φέρεται ἱστορία ἥδε· τὸν Δία ἐν Κρήτῃ τεχθέντα δύο νύμφαι ἐκεῖσε ἀνέτρεφον· καὶ ἡ μὲν Ἑλίκη ὠνομάζετο, ἡ δὲ Κυνόσουρα· Κρόνου δὲ ἐπελθόντος ποτὲ ὁ Ζεὺς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα παραλογισάμενος τὰς μὲν νύμφας μετέβαλεν εἰς Ἄρκτους, αὐτὸς δὲ εἰς Δράκοντα μετεβλήθη· εἶτα τῆς βασιλείας ἀντιλαβόμενος[64]) τὸ σχῆμα κατηστέρισε[65]), φημὶ δὲ τὰς νύμφας καὶ ἑαυτόν. ἄξων δὲ λέγεται, ἐπεὶ περὶ αὐτὸν στρέφεται[66]) ὁ οὐρανός· πόλοι δέ, ἐπεὶ περὶ αὐτοὺς πολεῖται καὶ στρέφεται ὁ οὐρανός· φασὶ δὲ τὸν ἄξονα τοῦτον εἶναι τὸν παρὰ τῷ ποιητῇ Ἄτλαντα εἰρημένον[67]). Patet cur haec de arctico circulo narratio cum prae-

---

[64]) *ἀντιλαμβανόμενος cod.*

[65]) *ἀνεστήριξε cod.*

[66]) *λέγεται cod.*

[67]) Nolo alteram silere ratiocinationem quae eodem deducit. Nam quaestio illa de arctico circulo simul cum definitionibus supra enumeratis eodem disputationis decursu in 'Miscellaneis Arateis' nuper a *M. Treu* ⟨*progr. gymn. Ohlau.* 1880 *p.* 50⟩ ex codice Parisino *Suppl. gr.* 607 *A s.* X promulgatis legitur: *Ἐποιήσατο δὲ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν βορειοτέρων, καθ' ὃ ὑψηλὰ ὄντα φανερά ἐστιν· ἢ διὰ τὸ εἶναι τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην περὶ τὰ βόρεια ἢ πρὸς τιμὴν τοῦ Διός· ὁ γὰρ ἀρκτικὸς κύκλος περιέχει τὰς Ἄρκτους καὶ τὸν Δράκοντα, περὶ ὧν φέρεται ἱστορία μυθική· τὸν Διὰ ἐν Κρήτῃ τεχθέντα δύο νύμφαι ἐκεῖσε ἔτρεφον· καὶ ἡ μὲν Ἑλίκη ὠνομάζετο, ἡ δὲ Κυνόσουρα· Κρόνου δέ ποτε ἐπελθόντος ὁ Ζεὺς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα παραλογισάμενος* ⟨*—ζομένου cod.*⟩ *τὰς μὲν νύμφας μέτεβαλεν εἰς Ἄρκτους, αὐτὸς δὲ εἰς Δράκοντα μετεβλήθη· καὶ τῆς βασιλείας ἀντιλαβόμενος* ⟨praesens *cod.*⟩ *εἰς τὸν οὐρανὸν φαίνεται μετ' αὐτῶν·* Sequitur vitae Arati frustulum, deinde *πόσοι πόλοι; δύο· βόρειος καὶ νότιος. ὅτι τὰ πέρατα τοῦ ἄξονος πόλοι καλοῦνται· ὁρίζων δὲ ὁ τέμνων τό τε ὑπὲρ γῆν ἡμισφαίριον καὶ τὸ ὑπὸ γῆν.* Sphaerae definitio — ne quid desit — paullo ante aliis definitionibus immixta in eodem Parisino *p.* 50, 8 *Treu* adfertur: *Σφαῖρά ἐστι σχῆμα ἐπίπεδον ἐπιφανείας* (sic), *πρὸς ἣν ἀπό τινος σημείου τῶν ἐντὸς τῆς σφαίρας κειμένων πᾶσαι αἱ πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν προσπίπτουσαι εὐθεῖαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν· τὸ δὲ σημεῖον κέντρον καλεῖται τῆς σφαίρας.*

Totum Parisini caput, quod ipse post Trevium contuli, inscribitur *περὶ τῶν οὐρανίων* continetque alias quoque res astronomicas ad Arati explicationem necessarias. Succedit post *ὁρίζοντος* definitionem alterum caput titulo unciali praefixo *ἐκ τοῦ κειμένου* ⟨i. e. ex commentario qui circumfertur Arateo: cf. *Stephani Thesaurum s. v. κεῖμαι*; erravit Trevius titulum illum contra codicis auctoritatem cum antecedentibus coniungens⟩, quod nihil nisi scholia Aratea eaque nondum ex compluribus commentariis contaminata exhibet.

gressis cohaereat: divisionem sphaerae definitio antecedere debuit. Quae definitio cum inde ab Euclide in libris et mathematicis et astronomicis usque ad ultima Byzantinorum tempora propagetur, lateret per quem in appendicem transiisset Marcianam, nisi hanc subscriptionem librarius ipse addidisset „*Ἱππάρχου Σπόρος*“ duabus subscribendi formulis — genetivo altera, altera nominativo — compositam, qua ab Hipparcho Sporum — in isagoga credo commentario Arateo praefixa — a Sporo Nicetam (hunc enim fuisse librarium Marcianum constat, cf. *adn.* 31) sphaerae definitionem mutuatum esse docemur. Quodsi Sporo tota de circulo boreali expositio simul cum fabula cretica vindicanda est, eundem Theonis adversarium tenemus quem quaerimus[68]).

3) Sporum[69]) Nicaeensem Philonis Gadareni discipulum amplos in Aristotelem quoque commentarios (*Κηρία*) conscripsisse

---

[68]) Tangit igitur Sporum Nicetas scholiasta *fol.* 30[b] *οἱ εὐθεῖς προγράφουσιν τοῦ ποιήματος τὰ φαινόμενα* (=*τὰ οὐράνια* Parisini), *οἱ δὲ ἀκριβεῖς τὴν διάθεσιν τοῦ λόγου ὑπὸ τὴν θέσιν καὶ κίνησιν τῆς σφαίρας· ἡ μὲν γὰρ διάθεσις διασαφεῖ* (*διασαφῆ cod.*) *τὸ ποίημα, τὸ δὲ ποίημα δηλοῖ τὰ φαινόμενα, κτλ.* Ceterum cum Theo ‘Catasterismorum’ catalogos stellarum in epistula ad Iulianum Marciana adfirmet sese ipsum novisse, iuvat quid de Eratosthenis auctoritate iudicaverit, exquirere. Facilis in promptu est responsio, siquidem idem Theo in commentario ad Ptolemaei Magnam Syntaxin VII probat, quod Ptolemaeus Hipparchum nonnisi perpaucis Timocharidis et Aristylli observationibus ad conficiendum primum illum stellarum catalogum uti potuisse asseveravit. Qui si ‘Catasterismorum’ auctorem putasset Eratosthenem, Ptolemaeo obloqui necessario debuit. Tenendum ergo est, vel Theonem, hominem hoc in genere peritissimum, ‘Eratosthenis’ damnasse Catasterismos. Itaque constat fictum esse — et iam fuisse tertio p. Chr. saeculo — sive mera coniectura sive aperta fraude libelli titulum. Cuius rei ansam facile Eratosthenis carmina dabant de Mercurio deque Erigona conscripta. In ‘Mercurio’ Lyrae et lactei circuli, in ‘Erigona’ Icari familiae catasterismos quas ad causas referendi essent ex fabulari historia docte explicavit. — De isagoga Aratea falso et Eratostheni et Hipparcho in codicibus adscripta cf. quae dixi *Herm.* XVI 1881 *p.* 389 *s.* Comparari etiam potest disputatiuncula quaedam de zodiaco pseudohipparchea, quae nondum videtur impressa, cf. adn. 54.

[69]) Nomen idem liberti graeci gerere solent, velut famosus Neronis amasius ⟨*Cass. Dio* 62, 21. 63, 12. 64, 8⟩ s. p. Chr. n. primo.

constat[70]). Adiungam cetera quibus nomen Spori praepositum est Aratea:

2.

Schol. ad v. 541 *s.* *ὅσσον δ' ὀφθαλμοῖο βολῆς ἀποτέμνεται αὐγῇ, ἑξάκις ἂν τόσση μιν ὑποδράμοι· αὐτὰρ ἑκάστη ἴση μετρηθεῖσα δύω περιτέμνεται ἄστρα]* *ἄλλως· ὁ Σπόρος οὕτω φησίν· ὅσον δὲ τῆς ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ βολίδος τῆς ἀκτῖνος ἀποτέμνεται καὶ ἀφαιρεῖται, καὶ ἡ αὐγὴ τοῦ αἰθέρος ἑξάκις ἂν τοσαύτη ὑποδράμοι τὸν ζῳδιακὸν ἀπηρτισμένον· ἑκάστη δὲ οὕτως ὑποδραμοῦσα ἴση δύο ἂν περιτέμοι καὶ περιλάβοι ζῴδια τῶν ὑποκειμένων* $\overline{\beta}$[71]).

3.

Schol. ad v. 1093 *πολλοὶ γὰρ κομόωσιν ἐπ' αὐχμηρῷ ἐνιαυτῷ]* *ἡ ξηρὰ ἀναθυμίασις ξηρᾶς τῆς γῆς καὶ αὐχμηρᾶς τυγχανούσης ἀναδιδομένη ποιεῖ τοὺς κομήτας ἀστέρας καλουμένους ὑπὸ τῆς ἰδίας θερμότητος ἐξαπτομένη ῥᾳδίως ἐκ τῶν ὑποκειμένων καὶ οἷον ἀστέρας ἀναπέμπει πρὸς τὸ ἄνω· τὸ γὰρ πῦρ ἄνω πέφυκε φέρεσθαι, τὰς δὲ ἀκτῖνας τοῦ παντὸς ἀστέρος κόμας εἶναι νομίζουσιν· οὕτω Σπόρος.* Posidonius et hic et antea, cum de cometis sermo esset, exprimitur ⟨cf. *Diels, D. G. p.* 63 *n.*⟩.

4.

Schol. ad v. 880 *s.* *σκέπτεο δ' ἢ ἀνιόντος ἢ αὐτίκα δυομένοιο, εἴ που οἱ νεφέων, τὰ παρήλια κικλήσκονται, ἢ νότου ἠὲ βορῆος ἐρεύθεται ἦ ἑκάτερθεν]* *ἄλλως· παρήλιόν ἐστιν ἔμφασις Ἡλίῳ παρεμφερής, ὁμοία καὶ ἴση αὐτῷ πεπιλημένου νέφους τὰς ἀκτῖνας ὑποδεχομένου καὶ διὰ τῆς ἐκλάμψεως ἡλιοειδῆ παρέχοντος τὴν φαντασίαν καὶ οἷον ἄνω φλογοειδῆ καὶ εἰς ἓν συνηγμένην καὶ μεταξὺ μηδὲν καταλείπουσαν διάστημα, παρεπομένην τῇ τοῦ Ἡλίου περιφορᾷ· οὕτω Σπόρος.* Subscriptio nunc primum e Marciano protrahitur. — Proxime Posidonii de eadem re sententia praegressa est ⟨*p.* 129, 39 *s. Bekk.*⟩.

---

[70]) Cf. *Diels, Simplicius* I *p.* XXVI.

[71]) Sequitur aliud scholion *ἄλλως* lemmate separatum.

5.

Leontius mechanicus (s. VII) περὶ κατασκευῆς Ἀρατείας σφαίρας (= *Buhle* II 257 s.): ἰστέον δὲ ὅτι τὰ περὶ τῶν ἄστρων τῷ Ἀρατῷ εἰρημένα οὐ πάνυ καλῶς εἴρηται, ὡς ἔστιν ἔκ τε τῶν Ἱππάρχῳ καὶ Πτολεμαίῳ συντεταγμένων περὶ τούτων μαθεῖν· αἴτιον δὲ πρῶτον μὲν ὅτι καὶ τὰ Εὐδόξου, οἷς μάλιστα ἠκολούθησεν ὁ Ἄρατος, οὐ λίαν ὀρθῶς εἴληπται·[1]) ἔπειτα δὲ ὅτι καὶ οὐ πρὸς τὸ ἀκριβές, ὥς φησι Σπόρος ὁ ὑπομνηματιστής, ἀλλὰ πρὸς τὸ χρήσιμον τοῖς ναυτιλλομένοις ταῦτα οὕτω διαγέγραπται εἰκότως τε ὁλοσχερέστερον περὶ τούτου διαλαμβάνει.

4) Exemplis probatum est, posterioris antiquitatis excerptores minime fugisse promptam huius commentarii utilitatem. Addam obvia nonnulla: materiam latissime patentem exhaurire nunc non possum. Velut aperta est ἱστοριῶν homericarum cum Catasterismis similitudo. Pliades conferam.

Schol. ad Σ 486.	Catast. XXIII p. 134 s. Rob.
1) ζ ἀστέρες εἰσὶ κείμενοι ἐπὶ τῇ οὐρᾷ τοῦ Ταύρου·	
2) μᾶλλον δὲ ἐπὶ τοῦ διχοτομήματος αὐτοῦ· ὁ γὰρ Ταῦρος ὅλος οὐ κατηστέρισται ἀλλ' ἕως τῶν ἰσχίων·	ἐπὶ τῆς ἀποτομῆς τοῦ Ταύρου τῆς καλουμένης ῥαχέως ἡ Πλειάς·
3) αὗται δέ εἰσιν Ἄτλαντος καὶ Πλειονῆς θυγατέρες, ὧν τὰ ὀνόματα Μαῖα Ταυγέτη Κελαινὼ Μεροπὴ Ἠλέκτρα Στεροπὴ Ἀλκυόνη· Ἄτλας δὲ εἷς τῶν γιγάντων μιγεὶς Πλειονῇ τῇ Ὠκεανοῦ ἔσχε θυγατέρας ζ, αἳ τὴν παρθενείαν ἀγαπήσασαι συνεκυνήγουν τῇ Ἀρτέμιδι· θεασάμενος δὲ Ὠρίων ἠράσθη καὶ ἐδίωκεν	συνηγμένης δ' αὐτῆς εἰς ἀστέρας ἑπτὰ λέγουσιν εἶναι τῶν Ἄτλαντος θυγατέρων· διὸ καὶ ἑπτάπορος καλεῖται (*ab Arato* v. 257).

[1]) Haec ex Hipparchi sententia dicta. Post ὀρθῶς Aldina εἴληπται, omisit Parisinus, de quo dixi adn. 47.

αὐτὰς μιγῆναι βουλόμενος· αἱ δὲ περίληπτοι γενόμεναι τοῖς θεοῖς ηὔξαντο μεταβαλεῖν τὴν φύσιν· Ζεὺς δὲ ἐλεήσας αὐτὰς διὰ τῶν Ἄρκτων κατηστέρισεν·

4) ὠνομάσθησαν δὲ Πλειάδες ἀπὸ Πλειόνης τῆς μητρὸς αὐτῶν.

5) φασὶ δὲ Ἠλέκτραν οὐ βουλομένην τὴν Ἰλίου πόρθησιν θεάσασθαι διὰ τὸ κτίσμα εἶναι τῶν ἀπογόνων καταλιπεῖν τὸν τόπον οἳ κατηστέριστο· διόπερ οὖσας Ζ̄ γενέσθαι ζ̄[73]).

6) ⟨Post Hyadum mentionem⟩ τῶν δὲ Πλειάδων οὐσῶν ἑπτὰ πάνυ ἀμαυρὸς ὁ ἕβδομος ἀστήρ ἐστιν, ὡς μὲν Ἄρατος ἐν τῷ πρὸς Θεόπροπον ἐπικηδείῳ φησί, Τροίας πορθουμένης τὴν Δαρδάνου μητέρα Ἠλέκτραν μίαν οὖσαν τῶν Πλειάδων φυγεῖν τε τὴν τῶν ἀδελφῶν σύνοδον καὶ τὰς κόμας λύσασαν ἐνίοτε κομήτην ἀστέρα φαίνεσθαι.

7) φησὶ δὲ καὶ Ἑλλάνικος ἐν τῷ ᾱ τῶν Ἀτλαντικῶν τὰς μὲν ζ̄ θεοῖς συνελθεῖν Ταϋγέτην Διί, ὧν γενέσθαι Λακεδαίμονα· Μαῖαν Διί, ἀφ' ὧν Ἑρμῆς· Ἠλέκτραν Διί, ἀφ' ὧν Δάρδανος· Ἀλκυόνην Ποσειδῶνι, ὧν Ὑριεύς· Στερόπην Ἄρει, ὧν Οἰνόμαος· οὐχ ὁρῶνται δὲ αἱ ἑπτά, ἀλλ' αἱ ἑξ. τὸ δὲ αἴτιον οὕτω πως λέγεται· τὰς μὲν γὰρ ἓξ φασι θεοῖς μιγῆναι, τὴν δὲ μίαν θνητῷ· τρεῖς μὲν οὖν μιγῆναι Διί, Ἠλέκτραν ἐξ ἧς Δάρδανος· Μαῖαν ἐξ ἧς Ἑρμῆς· Ταϋγέτην ἐξ ἧς Λακεδαίμων· Ποσειδῶνι δὲ δύο

---

[73]) Subscribitur ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς κυκλικοῖς, unde nihil aliud conligendum quam simile quid de Electra apud cyclicos lectum esse iure censet Wilamowitzius.

5.

Leontius mechanicus (s. VII) *περὶ κατασκευῆς Ἀρατείας σφαίρας* ⟨= *Buhle* II 257 *s.*⟩: *ἰστέον δὲ ὅτι τὰ περὶ τῶν ἄστρων τῷ Ἀράτῳ εἰρημένα οὐ πάνυ καλῶς εἴρηται, ὡς ἐστιν ἔκ τε τῶν Ἱππάρχῳ καὶ Πτολεμαίῳ συντεταγμένων περὶ τούτων μαθεῖν· αἴτιον δὲ πρῶτον μὲν ὅτι καὶ τὰ Εὐδόξου, οἷς μάλιστα ἠκολούθησεν ὁ Ἄρατος, οὐ λίαν ὀρθῶς εἴληπται·*[72]) *ἔπειτα δὲ ὅτι καὶ οὐ πρὸς τὸ ἀκριβές, ὥς φησι Σπόρος ὁ ὑπομνηματιστής, ἀλλὰ πρὸς τὸ χρήσιμον τοῖς ναυτιλλομένοις ταῦτα οὕτω διαγέγραπται εἰκότως τε ὁλοσχερέστερον περὶ τούτου διαλαμβάνει.*

4) Exemplis probatum est, posterioris antiquitatis excerptores minime fugisse promptam huius commentarii utilitatem. Addam obvia nonnulla: materiam latissime patentem exhaurire nunc non possum. Velut aperta est *ἱστοριῶν* homericarum cum Catasterismis similitudo. Pliades conferam.

Schol. ad Σ 486.	Catast. XXIII p. 134 s. Rob.
1) *ζ̄ ἀστέρες εἰσὶ κείμενοι ἐπὶ τῇ οὐρᾷ τοῦ Ταύρου·*	
2) *μᾶλλον δὲ ἐπὶ τοῦ διχοτομήματος αὐτοῦ· ὁ γὰρ Ταῦρος ὅλος οὐ κατηστέρισται ἀλλ' ἕως τῶν ἰσχίων·*	*ἐπὶ τῆς ἀποτομῆς τοῦ Ταύρου τῆς καλουμένης ῥάχεως ἡ Πλειάς·*
3) *αὗται δέ εἰσιν Ἄτλαντος καὶ Πλειόνης θυγατέρες, ὧν τὰ ὀνόματα Μαῖα Ταϋγέτη Κελαινὼ Μερόπη Ἠλέκτρα Στερόπη Ἀλκυόνη· Ἄτλας δὲ εἷς τῶν γιγάντων μιγεὶς Πλειόνῃ τῇ Ὠκεανοῦ ἔσχε θυγατέρας ζ̄, αἳ τὴν παρθενείαν ἀγαπήσασαι συνεκυνήγουν τῇ Ἀρτέμιδι· θεασάμενος δὲ Ὠρίων ἠράσθη καὶ ἐδίωκεν*	*συνηγμένης δ' αὐτῆς εἰς ἀστέρας ἑπτὰ λέγουσιν εἶναι τῶν Ἄτλαντος θυγατέρων· διὸ καὶ ἑπτάπορος καλεῖται* (*ab Arato v.* 257).

[72]) Haec ex Hipparchi sententia dicta. Post *ὀρθῶς* Aldina *εἴληπται*; omisit Parisinus, de quo dixi adn. 47.

(ἢ) ἐπεὶ πλείοσι χρειώδεις τοῖς τε πλέουσι καὶ γεωργοῦσιν· ἢ ὅτι εἰς πελειὰς μετεμορφώθησαν τὸν Ὠρίωνα φεύγουσαι· ἢ ἀπὸ τοῦ πολεῖν ἐκ περιόδου καὶ συμπληροῦν τὸν ἐνιαυτόν· ἀπὸ τούτων γὰρ κατ' ἐξοχὴν πλειὼν ἐκλήθη ὁ ἐνιαυτός: = 8.
ὁμοῦ μὲν ὁρώμεναι λαμπραί, καθ' ἑκάστην δὲ ἀμυδραί· καὶ ἔχουσι σχῆμα τρίγωνον, οὗ ἡ βάσις ἐπ' ἀνατολὴν τέτραπται: = 9 ex Hipparcho ⟨cf. supra⟩. *Νίκανδρος μὲν οὖν ἐπὶ τῆς οὐρᾶς τοῦ Ταύρου τίθησιν αὐτάς* ⟨*Ther. v.* 123 *s.*⟩

αἶθ' ὑπὸ Ταύρου
ὁλκαίην ψαίρουσαι ὀλίζωνες[75]) *φορέονται*[76]): = 1.

Ἵππαρχος δὲ ἐπὶ ⟨*τοῦ διχοτομήματος*⟩[77]) *τοῦ Ταύρου· καὶ γὰρ αὐτὸς ἡμίτομον τὸν Ταῦρον ποιεῖ:* = 2.
Ad v. 257 *ἑπτάπορoι δὴ ταίγε*] . . . *ἄλλως· φασὶ ζ̄ εἶναι μετ' ἀνθρώπους· τῇ δ' ἀληθείᾳ ς̄ εἰσὶ φαινόμεναι· ὁ γὰρ Εὐριπίδης· 'ἑπτάπορον δρόμημα Πλειάδος ὁδόν·' φασὶ δέ τινες τοιοῦτον μῦθον, ὅτι μία ἐκ τῶν ζ̄ τὸ τῆς Ἰλίου πάθος ἰδοῦσα ἡ Ἠλέκτρα ὑπεχώρησε τοῦ συστήματος (ἐστὶ γὰρ ἡ μήτηρ Δαρδάνου) καὶ ὑπὸ τὸν β̄ ἀστέρα τοῦ ῥυμοῦ ἦλθε πλησίον, ὃς λέγεται εἶναι τῆς Ἠλέκτρας· τοῦτον δὲ τὸν ἀστέρα τὸν ὑπὸ τὸν ῥυμὸν τῆς Ἄρκτου ἀναχωρήσαντα Ἀλώπεκά τινες καλοῦσιν:* = 5[78]).
Ad v. 259 *οὐ μέν πως ἀπόλωλεν*] . . . *ἄλλως· τοῦτο πρὸς τοὺς*

---

[75]) *ὀλίζονες codex.*

[76]) Cf. *schol. Nicandr. l. c. αἵτινες ὑπὸ τὴν οὐρὰν τοῦ Ταύρου ἐγγίζουσαι καὶ ἁπτόμεναι ἢ ψαίρουσαι ἀντὶ τοῦ κινούμεναι μακρόταται ἐπιφέρονται· λέγει δ' ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς τῶν Πλειάδων· τότε οὖν φησιν ἔκφυγε τὸ δῆγμα· ὁλκαίην δὲ τὴν οὐρὰν λέγει παρὰ τὸ ἕλκεσθαι ὑπὸ τοῦ ὅλου σώματος· γράφεται καὶ ἀλκαίην καταχρηστικῶς· κυρίως γὰρ ἡ τοῦ λέοντος οὐρὰ ἀλκαία καλεῖται, ὅτε δι' αὐτῆς ἑαυτὸν ἐποτρύνει καὶ ἐγείρει εἰς ἀλκήν· 'αἰεὶ δ' αὐτὸν ἐποτρύνει μαχίσασθαι'. Ἄρατος* ⟨*v.* 517⟩ *μὲν ἡμιτελῆ φησιν εἶναι τὸν Ταῦρον, οὗτος δὲ ὁλόκληρον· ὁλκὴ γὰρ ἡ οὐρά.* Cf. *schol. Pindar. Nem.* II 16.

[77]) *Τοῦ διχοτομήματος* inserui ex scholio Homerico et 'Catasterismorum' Epitoma. Post *ποιεῖ* ita procedit Marcianus '*φησὶ δὲ τῷ μὲν ποδὶ τοῦ Περσέως μᾶλλον αὐτὰς πλησιάζειν, πόρρω δ' εἶναι τοῦ ἀριστεροῦ γόνατος*' *κτλ.* Itaque fide carent quae edita sunt apud Bekkerum, alios.

[78]) Cf. *Catast.* XIV *p.* 110 *Rob.*

Κελαινὼ Ποσειδῶνι καὶ αὐτὴν συγγενέσθαι, ὧν Λύκος· Μερόπην δὲ Σισύφῳ θνητῷ ὄντι, ὧν Γλαῦκος· διὸ καὶ ἀμαυρὰν εἶναι.

8) ⟨Post Hyadum veriloquium⟩ *αἱ δὲ Πλειάδες ἤτοι ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτῶν ἢ ὅτι πλείους μὲν δι' αὐτῶν αἱ τῶν ὡρῶν ἐπισημασίαι ἢ ὅτι πλειῶνος ὅ ἐστιν ἐνιαυτοῦ σημαντικαί· χειμῶνα γὰρ καὶ θέρος διορίζουσιν· καθὸ ἐπιφέρονται καὶ διὰ μόνων αὐτῶν σημειοῦνται τὰς ἑῴας ἐπιτολὰς πρὸς θέρος καὶ τὰς ἑσπερίους πρὸς ἄροτον ὡς Ἡσίοδος Πληϊάδων Ἀτλιγενέων ἐπιτελλομενάων | ἄρχησθ' ἀμήτου, ἀρότοιο δὲ δυσομενάων'* ⟨*Opp.* 381 *s.*⟩.

10) *μεγίστην δὲ ἔχουσι δόξαν τοῖς ἀνθρώποις ἐπισημαίνουσαι καθ' ὥραν· θέσιν δ' ἔχουσιν εὖ μάλα κείμεναι κατὰ τὸν Ἵππαρχον τριγωνοειδοῦς σχήματος·*

μιγῆναι· Ἀλκυόνην ἐξ ἧς Ὑριεύς· Κελαινὼ ἐξ ἧς Λύκος· Στερόπη δὲ λέγεται Ἄρει μιγῆναι, ἐξ ἧς Οἰνόμαος ἐγένετο· Μερόπη δὲ Σισύφῳ· διόπερ ἀφανής ἐστιν.

Horum excerptorum quaerens originem in eo possum acquiescere, quod 'Catasterismorum' de Pliadibus narrationem ex commentario Arateo saec. I sive II fluxisse ostendi ⟨*p.* 15 *s*⟩. At ipsa hic in promptu sunt scholia in Aratum Marciana *v.* 254 *s.*[74])

Ἥλιθα πᾶσαι Πληϊάδες] *Ἄτλαντος δὲ καὶ Πληιόνης γενεαλογοῦνται Πλειάδες, παρ' ὃ καὶ λέγονται:* = 4.

---

[74]) In Marciani apographis, quibus usi sunt editores, ⟨*p.* 73, 25—39 *Bekker*⟩ ex scholiis Homericis et Etymologico Magno s. v. *Πλειάς* nonnulla suppleta sunt ideoque ex Catasterismorum restitutione eicienda ⟨*p.* 136[b] *Rob.*⟩.

catasterismorum sylloga — non illa quidem, quae hodie fertur Eratosthenis, sed simillima, in qua vel Hermippea inerant — usum esse idem intellexit Wilamowitzius ⟨*comm. gramm.* II *Gryph.* 1880 *p.* 16⟩: scholia haec fuisse Aratea potest probari. Adscribam quibus opus est ex *Oratione ad Graecos* ⟨*p.* 37 *s. Worth. c.* XV *s.*⟩ exempla: *Κύων ὁ τῆς Ἠριγόνης ἐν οὐρανῷ δείκνυται καὶ Σκορπίος ὁ τῆς Ἀρτέμιδος βοηθός· καὶ Χείρων ὁ Κένταυρος· ἡ ἡμίτομος Ἀργὼ καὶ ἡ Καλλιστοῦς Ἄρκτος . . . τίνι δὲ οὐ γελοῖον εἶναι δόξει τὸ κατὰ μέν τινας τὴν Σικελίαν ἀστροθετούμενον Δελτωτόν, κατ' ἐνίους δὲ τῆς τοῦ Διὸς προσωνυμίας πρωτότυπον στοιχεῖον . . . Ταῦρός ἐστιν ἐν οὐρανῷ . . . ζῷον πονηρὸν ὁ Ἐγγόνασιν ἐπιθλίβει καὶ τὸν ἀνθρωποποιὸν Προμηθέα καταφαγὼν Ἀετὸς τετίμηται· καλὸς ὁ Κύκνος, ὅτι μοιχὸς ἦν· καὶ οἱ ἑτεροήμεροι Διόσκουροι κτἑ.* Tatiani auctorem duo arguunt indicia: primum Hermippea de Promethei catasterismo fabella, deinde quod et haec eadem fabella et Siciliae in Deltoton transformatio in Hygini 'Astronomia' enarratur. Solet enim Hyginus praeter 'Catasterismorum' libellum scholia adhibere Aratea ipsumque illum Promethei catasterismum Hermippeum inde desumpsit: qua de re cf. quae disputavi *p.* 43.

Itaque primo p. Chr. n. saeculo exeunte vel ineunte altero fuisse qui adparatum mythologicum congereret interpretem Arateum hac quoque ratione efficitur. Et ne stellarum quidem indices simul cum tota 'Catasterismorum' doctrina astronomica illinc esse separandos, ex temporis studiorumque consensu probabile admodum, certum idcirco est, quod ex uno commentario 'Catasterismi' excerpti sunt, ut dictum est[83]).

Nigidium huc non trahendos esse identidem monui. De Nigidio etiam teneantur quae *Cassius Dio* 45, 1 scripsit: *ἄριστα γὰρ τῶν καθ' ἑαυτὸν τήν τε τοῦ πόλου διακόσμησιν καὶ τὰς τῶν ἀστέρων διαφοράς, ὅσα τε καθ' ἑαυτοὺς γιγνόμενοι καὶ ὅσα συμμιγνύντες ἀλλήλοις ἔν τε ταῖς ὁμιλίαις καὶ ἐν ταῖς διαιρέσεσιν ἀποτελοῦσι, διέγνω* (Nigidius)· *καὶ κατὰ τοῦτο καὶ αἰτίαν ὥς τινας ἀπορρήτους διατριβὰς ποιούμενος ἔσχεν.* — Aliter de 'Erigona' Nigidii iudicat Robertus *p.* 32.

[83]) Quamquam libenter largior, interpretem ipsum antiquiore fabularum conlectione hic illic esse usum: modo teneatur, nec de tempore neque de natura conlectionis quicquam adhuc exploratum esse. Nigidii comparatione

εἰπόντας, ὧν ἐστι καὶ αὐτὸς ἐν τῷ πρὸς Θεόπροπον[79]) *ποιήματι, τὴν Ἠλέκτραν φυγεῖν καὶ μὴ ὑπομεῖναι ἰδεῖν τὴν Ἴλιον ἁλισκομένην καὶ τοὺς ἐκγόνους δυστυχοῦντας· τὸν γὰρ Δάρδανον παῖδα Διὸς καὶ Ἠλέκτρας εἰρήκασιν:* = 7.

Ad v. 259 *ἀπευθής*] *ἄπυστος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· φασὶ δὲ ὅτι μία τῶν Πλειάδων ἐκεραννώθη· διὸ οὐ φαίνεται· τὸ δὲ 'ἐξ οὗ καὶ γενεῆθεν' ἀποσκευάζεται τὸν μῦθον τὸν ἐπ' αὐτῶν λέγοντα φυγεῖν τὴν μίαν τὴν Μερόπην ὑπ' αἰδοῦς θνητῷ μιγεῖσαν τῷ Σισύφῳ ⟨ἣ τὴν ἐκ Διὸς τεκοῦσαν Δάρδανον Ἠλέκτραν⟩:* = 7.

Ad v. 264 *ἀλλ' ὀνομασταί*] *ἀντὶ τοῦ ὀνομασταί εἰσι καὶ ἐπίδοξοι διὰ τὸ καὶ τὴν ἀνατολὴν αὐτῶν καὶ τὴν δύσιν πως ἀναγκαίαν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις· ἐπιτελλομένων γὰρ 'ἄρχεσθ' ἀμήτου, ἀρότοιο δὲ δυσομενάων' ⟨Opp.* 381⟩: = 8.

Itaque adparet interpretem illum Arateum his quos comparavi tribus scriptoribus communem subesse. Permagni autem illud Pliadum facio argumentum, quia earum ope tertius in 'Catasterismis' qui post Eratosthenem fuit testis investigatus est Nicander, cuius Theriacorum v. 123 s. respiciuntur[80]).

Videtur hic interpres inferioris antiquitatis scriptoribus sat multis innotuisse. Scholia Germanici BP illo praeter 'Catasterismos' etsi rarius utuntur, velut in prooemio, quo cur a Iove Aratus exorsus sit disceptatur. In scholiis Vergilianis Wilamowitzius eiusdem commentatoris non modo certa detexit vestigia, verum recentis memoriae poetam Antigonum Carystium, qui intra annos ante Chr. n. 60 et post Chr. n. 40 floruit[81]), ibi fuisse commemoratum edocuit. Denique Tatianum (c. a. p. Chr. 153)[82])

---

[79]) *Θεόπρομον codex.* Quid de Pliadum situ Sminthes ⟨*Robert. p.* 28⟩ iudicaverit cum ignoremus, parum recte totam *ἱστορίαν* Homericam ex Sminthe provenisse *p.* 42 Robertus adnotavit. — Pindarus *fr.* 52 *B.* et Asclepiades Myrleanus ⟨*Athen.* 490 *d*⟩ leviter fabulam stringunt. Etym. Magn. *s. v. Πλειάς* scholion est Arateum.

[80]) Omisit haec Robertus *p.* 42 *n.* — Pertinet huc etiam Hyginus *Astron.* II 21 *p.* 137: *Sed has* (Pliadas) *antiqui astronomi seorsum a Tauro deformarunt ... et postea a nonnullis astrologis caudam Tauri adpellatam* ⟨scil. a Nicandro⟩.

[81]) *Antigonus v. Karystus p.* 169—173.

[82]) Cf. *Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Litteratur von O. v. Gebhardt und A. Harnack* I *p.* 196 *s.* — Poetas Augusteos et

DE ERATOSTHENIS ERIGONA

SCRIPSIT

ERNESTUS MAASS.

Ad restituendam Eratosthenis de Erigona elegiam duo potissimum suppetunt subsidia: fragmenta illinc servata et excerpta grammaticorum mythographica. Fragmentorum cum perexiguus sit numerus neque ea utilitas, ut vel ad adumbrandam poematis summam sufficiant, videndum est ducemne ex tanta scholiastarum mythographorum serioris aevi scriptorum qui fabulam narrarunt multitudine possimus nancisci. Rem ita esse adgrediendam eos nequaquam fugit qui hanc ante me tractaverunt materiam, Osannum[1]) dico Bergkium[2]) Hillerum[3]). Quibus tamen id maxime impedimento erat quod quid de ἱστορίᾳ 'Erigonae' Homerica ⟨*schol.* X 29⟩, cui in Veneto B subscribitur ἱστορεῖ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς ἑαυτοῦ καταλόγοις, existimandum esset nesciebant. Et profecto si duobus in operibus nec diverso modo de Erigonae catasterismo Eratosthenes exposuisset, tantopere omnia iam inter se confunderentur, ut rem hodie ad liquidum posse perduci esset desperandum. Quam difficultatem priore commentatione ita mihi videor sustulisse, ut illos stellarum catalogos, ad quos pertinet scholii Homerici subscriptio, ex commentario saec. I exeunte sive ineunte II in Aratum conscripto, non ex genuino Eratosthenis libro, provenisse ostenderem.

---

[1]) *Verhandlungen der Cassler Philologenversammlung* 1843 *p.* 15 *s.* — *De Eratosthenis Erigona carmine elegiaco Gottingae* 1846.

[2]) *Analecta Alexandrina* II ⟨*Marburgi* 1846⟩.

[3]) *Eratosthenis carminum reliquiae* ⟨*Lipsiae* 1872⟩ *p.* 94 *s.* Idem Hillerus eos qui 'Erigonam' etiam in 'Mercurio' poemate tractatam esse coniecerunt ita redarguit, ut verbis ipse parcere possim.

Omnem testimoniorum molem quae adhuc rudis iacet in 'Prolegomenis' digerere constitui. Ac primum quidem Hygini in 'Astronomia' excerpta examinabo ceteris facile anteponenda quamquam ex duobus scriptoribus conflata, quorum ὑποθέσεις deinceps redintegrare conabor.

PROLEGOMENA.

I.

1) Hyginus postquam Booten ex fabula Arcadis Iovis et Callistus filii explicavit, hunc in modum procedit *Astron.* II 4 *p.* 34 *s.* *Bunte: Nonnulli Icarium Erigonae patrem dixerunt, cui propter iustitiam et pietatem existimatur Liber pater vinum et vitem et uvam tradidisse, ut ostenderet hominibus, quomodo sereretur et quid ex eo nasceretur et cum esset natum quomodo id uti oporteret. Qui cum sevisset vitem et diligentissime administrando floridam facile fecisset, dicitur hircus in vineam se coniecisse et quae ibi tenerrima folia videret decerpsisse: quo facto Icarium irato animo tulisse eumque interfecisse et ex pelle eius utrem fecisse ac vento plenum praeligasse et in medium proiecisse suosque sodales circum eum saltare coegisse: itaque Eratosthenes ait* Ἰκάριοι τόθι πρῶτα περὶ τράγον ὠρχήσαντο[4]). *Alii dicunt Icarium, cum a Libero patre vinum accepisset, statim utres plenos in plaustrum imposuisse: hac re etiam Booten*

[4]) Ἰκαριοῖ Hillerus *p.* 105 *s.* Ἰκάριοι cum Bursiano Robertus *Eratosthenis Catasterismorum reliquiae p.* 3 *adn.* — Ἴκαρος — non Ἰκάριος — patet fuisse apud Eratosthenem, quo de cf. *p.* 104 *s.* Ceterum Hyginum exscribunt *Mythographus Vaticanus* II 61 ⟨= *Auct. class.* III *p.* 206 *ed. A. Mai*⟩: *Icarius quidem Atheniensis Liberi comes fuit, a quo cum vini usum mortalibus tradere doctus vitem sevisset floridamque fecisset, dicitur hircus in vineam se coniecisse et quae tenerrima ibi videbantur folia decerpsisse, unde et adhuc caper Baccho, quia obest vitibus, immolatur.* Agit deinceps de hostiis. — Eodem refero scholion ad Ovidii Ibin *v.* 609 ⟨*p.* 474 *Merkel*⟩: *Icarius primum plantavit vineam et de vino, quod inde habuit, messoribus ad bibendum dedit* etc.

adpellatum. Perturbatam esse narrationem dudum statuerunt interpretes, cum versiculum illum

Ἰκάριοι τόθι πρῶτα περὶ τράγον ὠρχήσαντο

abhorrere ab iis quae de saltatione circum utrem instituta antecedunt perspicerent. Nihilo tamen secius recte mihi videntur fecisse, quod quae praecedunt integra Eratosthenis Erigonae, carmini elegiaco, vindicarunt. Qui si saltatum esse circum utrem finxit, causam certe aperire debuit, cur misellus iste hircus bilem Icariensibus movisset. Quodsi hirci audaciam, non minus certe vini culturam Icarii pluribus exornari et enarrari consentaneum erat. Ita ad Bacchi apud Icarium hospitium sensim devenitur. Denique saltationem per utres factam (*ἀσκωλιασμόν*) ex hoc narrationis conexu dirimere propterea vetamur, quod illam eadem qua cetera occasione inventam esse diserto Vergilii et Varronis testimoniis confirmatur, quae inferius proponam (cf. *p.* 114 *s.*). Discimus igitur Eratosthenis 'Erigonam' diutius in describenda Icari vini cultura commoratam esse. Non solum vinum et vitem et uvam in ea Icarius a Baccho accepit didicitque quomodo per singulos incrementi quasi gradus essent tractanda, verum, quod multo maius est, usu ipse domi rem experturus serere coepit sata colere nec desiit, donec maturuissent. Cum omnia haec tum ea quae cum accurata harum rerum narratione arcte cohaerent aetia 'alii' illi quos Eratostheni Hyginus opposuit repudiarunt, cum statim postquam Liberi dona accepisset Icarium per Atticam iter suscepisse referrent. Ad finem igitur fabulae, i. e. ad catasterismum, illos patet sedulo properasse, pluris transformationes aestimantes quam fabulae ipsius decursum. Quodsi oppositionis ratio adparet, cavendum est ne Eratosthenem non ut 'alios' illos Booten simul cum Plaustro in caelo adgnovisse conligamus, id quod Hygini verba commendare propemodum videntur.

2) Pergit Hyginus *l. c.*: *Qui cum perambulans Atticorum fines pastoribus ostenderet, nonnulli eorum aviditate pleni novo genere potionis inducti alia ac decebat loquebantur atque alius aliam se in partem reiciunt ut semimortua membra iactantes somno⟨que⟩ consopiuntur. Reliqui eorum arbitrati venenum*

ab Icario datum pastoribus, ut eorum pecora abigerent in suos fines, Icarium interfectum in puteum deiecerunt, sed, ut alii demonstrant, secundum arborem quandam defoderunt[5]). Iterum igitur duo inter se opponuntur auctores, quorum alter simpliciter Icarium narrat sub arbore esse sepultum ea scilicet, in qua paullo post Erigone laqueo sese suspendit, alter hoc non negat quidem sed antea Icarium dicit in puteum coniectum ab occisoribus metu perculsis et fugam capessuris, postea repertum ab Erigona et sub arbore defossum. Itaque putei memoriam hic iniecit idque certo de consilio fecisse existimandus est. Quod patescit consilium, dummodo, cur fontis sive rivuli seu putei aqua gustu insuavis esset, a veteribus libentissime ex mortui vel moribundi vel denique aegroti contagio repeti memineris; aetion putei ista de Icari nece historiola sibi ille sumpsit inlustrandum. Ergo, iterum duos quasi adversarios tenemus, alterum *αἴτια* dedita opera quaerentem, ad summam rei properantem alterum.

3) Nonnullis interiectis quae nunc omitto *p.* 37, 12 haec scripsit: *Praeterea Canicula exoriens aestu Ceorum loca et agros fructibus orbabat et ipsos morbo adfectos poenas Icario cum dolore sufferre cogebat, quod latrones recepissent.* Latrones Ceum profugerunt, cum Icarium necavissent! Antea diserte pastores dixerat. An quos illic pastores eosdem hic cum quadam neglegentia vocari latrones putabimus? Erat haec certe Hygini sententia quippe qui protinus adderet: *Qui autem obdormierant experrecti cum se nunquam melius quiesse faterentur ac requirerent Icarium, ut pro beneficio munerarentur, interfectores eius animi conscientia permoti statim se fugae mandaverunt et in insulam Ceorum pervenerunt, a quibus ut hospites recepti domicilia sibi constituerunt.* In Hygini igitur iudicio nobis quoque nunc ac-

---

[5]) De scriptura cf. *p.* 72. — Habet haec quoque *Myth. Vat.* II *l. c.*: *Rustici autem cum exhibitum ab Icario vinum plus nimio potantes ebriarentur venenum se ab illo accepisse putantes eum in Marathoniae regionis monte interfecerunt.* 'Marathoniam regionem' ex *Statii Theb.* XI 643 '*Marathonide silva*' sumpsit; unde patet totam hanc Mythographi narrationem ad Statii locum explicandum primitus fuisse compositam. 'Mons' in Statii scholio reperitur cf. *adn.* 31.

quiescendum est[6]). — Quae caedem Icari praecesserint, cogitatione recuperari possunt. Mittitur Icarius a Baccho per Atticam ut vini culturam propaget: quorsum quaeso mittitur, si casa vix egressus quominus dei iussa exsequeretur prohibitus est? Sic statuendum videtur: quia a deo vinum vitemque tradere hominibus iussus est, reapse pagos vicosque aliquot Atticos peragravit, postea demum negotio fere peracto in occisorum manus incidit. Satis igitur et temporis et loci relictum erat omnia quae cum munere illo cohaererent fusius persequendi, certe ex altera fabula, quam vidimus ad res a Catasterismis alienas exspatiari. Alteram haec ut superflua resecuisse suspicari licet.

4) Porro sine ulla discrepantiae adnotatione Icari canem — cui Maera nomen — ad Erigonam reversum domini necem ululando significasse Hyginus postquam exposuit, ita procedit: *At canis vestem eius tenens dentibus perducit ad cadaver, quod filia simul ut vidit, desperata spe solitudine ac pauperie oppressa multis miserata lacrimis in eadem arbore, sub qua parens sepultus videbatur, suspendio sibi mortem conscivit*[7]). Cum ca-

---

[6]) Nolo rationem reticere, qua fortassis latrones Hygini ab eiusdem pastoribus possint seiungi. In scholiorum Vergilii codice Guelferbitano ad Georgica II 385 *p.* 253 *Lion* haec leguntur: *Item Icarius cum a Libero patre pro munere accepisset vinum, quod domum secum ad civitatem adferret, a latronibus comprehensus est et, cum iis ultro munere obtulisset poculum vini, illi ebrii venenum sibi datum putaverunt atque eum interfecerunt. Et postmodo cum filia eius Erigona mortuum quaereret, (quae) cum reperisset corpus eius laqueo vitam finivit. Inde Athenienses filias suas laqueis integebant* (interimebant?). *Post cuius interitum cum multae Atheniensium tali morte interirent consuluerunt oraculum, quod respondit Erigonae mortem expiandam esse, eandem placandam. Tum instituerunt ludos et dies festos et arboribus laqueos pensiles illigare, in quibus se huc illuc ferrent, quos laqueos oscilla vocarunt.* Nihil hic de pastoribus. Itaque fuit, cum loco illo Hygini, unde profectus sum, latronum memoriam suppressam quamvis ad narrationem necessariam arbitrarer. At cautius erit Guelferbitani, codicis recentissimi, testimonio valde incerto omnino abstinuisse, dum nova Hageni scholiorum in Georgica editio prodierit. Ceterum huic narrationi in scholiis altera aetii explicatio a Latini regis morte desumpta adnectitur et tertia Orphica, quae eadem in ceteris ad h. l. scholiis repetita est.

[7]) *Myth. Vat.* II *l. c.: Huius canis, cui nomen fuit Maera, est reversus*

daver videat filia, insepultum patrem crederes; nihilo tamen minus statim addiscimus eum sub arbore iam fuisse sepultum. Quae quoniam inter se pugnant, separanda sunt, quantumvis inter se vi Hyginus copulaverit. Iam si recordaris inter Hygini testes antea quoque eam intercessisse discordiam, ut Icarium alter in puteum coniectum referret, sub arbore conderet alter: res expedita est. Opponuntur enim hic iidem inter se auctores, partim ad puteum in quo Icarius iacebat insepultus Erigonam ducentes, partim ad tumulum sub arbore iam ante Erigonae adventum mortuo erectum, ut est etiam apud Nonnum XLVII 138*s*: pugnantes suo Marte Hyginus conciliare temptavit.

5) *Cui* (Erigonae) *canis mortuae spiritu suo parentavit. Nonnulli etiam hunc in puteum se deiecisse dixerunt Anigrum nomine*[8]*: qua re postea neminem ex eo puteo bibisse memoriae tradiderunt*[9]. 'Etiam' Roberto debetur pro 'enim' codicum; 'autem' suasit Buntius, quod si rem spectas ad idem recidit. Testes enim consentiunt canem sub arbore vigilasse, nisi quod alter ibidem eum vult exhalavisse, alter siti defatigatum in puteum sese coniecisse contendit. Ita verborum conexum per se non satis dilucidum interpretor Ampelii usus *libro memoriali* II 5 ⟨*i. e. scholio in Germanicum* cf. *p.* 79 *s.*⟩, qui ex altero Hygini auctore — cuius testimonium inde a verbis 'nonnulli etiam' inseritur — haec tradidit: *canis ante pedes eius discumbens diutius et sine alimentis deficiens post aquam anhelans in puteum se proiecit.* Apud Nonnum vero alter eiusdem Hygini testis revertitur, qui ante virginis pedes canem decessisse asseveravit.

Quod identidem monui alterum Hygini auctorem aetia cuiusvis generis miro studio conquisivisse declinasse alterum astrono-

---

ad Erigonam filiam, quae, cum eius se veste extrahentis comitata vestigia ad patris pervenisset cadaver, laqueo vitam finivit.

[8]) Cf. *Pausan.* V 5, 7—11 ⟨infra *p.* 120 *s.*⟩. *Hesych. s. v.* ἄνιγρον· ἀκάθαρτον· ψαῦλον· κακόν· δυσώδες· ἀσεβές.

[9]) *Myth. Vat.* II *l. c.*: *Cui mortuae canis morte sua satisfecit.* Cetera ex scholiis Vergilianis, de quibus cf. *p.* 70 *s.*, expressa videntur: *Sed Erigone deorum voluntate cum cane in caelum translata ipsa Virgo, canis Sirius adpellatur. Receptus similiter cum plaustro Icarius. Plaustrum Septentrio vel Arctos, ipse Bootes vel Arctophylax est vocatus* etc.

micis paene solis contentum, id hoc quoque exemplo confirmatur. Fuit enim qui non satis duceret cum Erigona mortuam esse canem, sed eum, ut putei pernicie aquae famosi aetion adiungere posset, posteaquam ante Erigonae pedes diutius discumbens aqua caruisset, anhelantem desiluisse ibique obiisse adfirmaret.

6) *Quorum casum Iuppiter miseratus in astris corpora eorum deformavit: itaque complures Icarium Booten, Virginem Erigonam nominaverunt — de qua posterius dicemus — canem autem sua adpellatione Caniculam dixerunt, quae a Graecis quod ante maiorem Canem exoritur Procyon adpellatur.* In Procyonem Icari canem Iuppiter deformavit. Itaque a se ipse Hyginus paullo post descivit, cum de Ceorum calamitate haec exponeret: *Praeterea Canicula exoriens aestu Ceorum loca et agros fructibus orbabat et ipsos morbo adfectos poenas Icario cum dolore sufferre cogebat, quod latrones recepissent. Quorum rex Aristaeus Apollinis et Cyrenes filius Actaeonis pater petiit a parente, quo facto calamitate civitatem posset liberare. Quem deus iubet multis hostiis expiare Icari mortem et ab Iove petere, ut quo tempore Canicula exoreretur dies XL ventum daret, qui aestum Caniculae moderaretur: quod iussum Aristaeus confecit et ab Iove impetravit, ut etesiae flarent.* Patet difficultas. Nam haec non de Procyone — quem eundem Caniculam nominant Romani[10]) — dicta sunt sed aperte de Sirio, qui ubi primum exoritur in mari Aegaeo, per quadraginta dies flant venti boreales refrigerantes. Itaque alter Hygini testis Erigonae canem in Sirium (*τὸν κύνα*) transmutat — idem scilicet qui Ceam Aristaei fabulam etesiarumque *αἴτιον* probabili historiola destitutum cum Icariensium narratione coniunxit — alter in Antecanem (*τὸν Προκύνα*): quod cur fecerit adparet, dummodo rationem supponamus astronomicam. Quid enim? si Sirium nobiliori cuidam siderum familiae — velut Orioneae — reservaverat ideoque Erigonae, quae

10) Cf. *Plin. N. H.* XVIII 28: *Zona autem eius* IV *Nonas Assyriae: Aegypto vero Procyon matutino aestuosus, quod sidus apud Romanos non habet nomen, nisi Caniculam hanc volumus intellegi, hoc est minorem canem. ib.* XVIII 29: *Rursus plenilunium nocet a. d. IV. Nonas Iulias, cum Aegypto Canicula* ⟨= Procyon⟩ *exoritur.* Cf. *Petavii dissert.* VII 2 *p.* 254 *s.*

ne in caelo quidem cane carere poterat, pusillum istum adsignavit Procyonem? Unde simul id redundabat emolumenti, ut Procyon, qui vix ulla nobilitaretur fabula, haberet quo referretur. Id etiam facile elucet debuisse, ut Procyon induci posset, Ceorum calamitatem quam Sirii aestus effecisset necessario omitti, omissam esse Nonni docebit comparatio (cf. *p.* 96 *s.*). — Quae si recte disputata sunt, gravis nunc ea cooritur quaestio, num Procyon ut Sirius post Icari necem ad Erigonam redierit saevo ululatu quid accidisset significans. Illud propterea valde dubium, quia quem in terris monstraverat furorem eum statim ad sidera translatus dimisisset. Nam patet quam egregie ad inlustrandum Sirii aestum illa conveniat fabella, cum a natura Procyonis, de quo simile quicquam neque antiqui crediderunt unquam nec credunt hodie homines, dissentiat.

Quibus praemissis non licet casui tribuere quod ad Icari corpus — non ad tumulum sub arbore a pastoribus erectum — canem Erigonae praeivisse uno ore scriptores testantur, velut Hygin. *Astron.* II 4, 10: *At canis vestem eius tenens dentibus perducit ad cadaver: quod filia simul ut vidit* etc. Hygin. *Fab.* 130: *Icarium autem occisum canis Maera nomine ululans Erigonae eius filiae monstravit, ubi pater insepultus iaceret.* Schol. *in German. BP p.* 66, 6 . . *canis dentibus vesti* (*iniectis*) *eam accersens ad patris corpus perduxit: quae eius corpus sepelit* ⟨De scriptura cf. *Robert. p.* 41 n.⟩. Apollodor. III 14, 7 . . . *κύων συνήθης ὄνομα Μαῖρα, ἣ τῷ Ἰκαρίῳ συνείπετο, τὸν νεκρὸν ἐμήνυσεν.* Sed parco testimoniis, praesertim cum ea omnia ordine enumeraturus sim. Ex iis quae attuli consequitur ea in fabula, quae canem ad Erigonam fecit recurrentem, et Sirium Icari fuisse comitem et ipsius corpus insepultum in puteo ab interfectoribus relictum. Iam Procyonem neque ad Erigonam rediisse neque ullo modo Icari necem filiae indicasse — scilicet quia Icarium omnino non erat comitata sed domi apud virginem remanserat — ultro conligitur, estque certa haec coniectura, quia non modo manifesta Nonni relatione, de qua infra disseram, stabilitur, verum cum ipsa caeli natura, ad quam explicandam fabula inventa est, consentit. Canis enim Erigonam

veste trahens quid aliud quam Sirium significat paullo ante Virginem in caelo exorientem?[11]) Quod idem quoniam nequaquam cadit in Procyonem ex huius fabula removendum est.

7) Ab Iove Hyginus totam Icari familiam inter sidera conlocatam narrat, dein pergit — sunt enim verba nunc repetenda: *Itaque complures Icarium Booten Erigonen Virginem nominarunt — de qua posterius dicemus — canem autem sua adpellatione et specie Caniculam dixerunt, quae a Graecis, quod ante maiorem Canem exoritur, Procyon adpellatur. Alii hos a Libero patre figuratos inter sidera dicunt.*

Igitur qui Procyonem defendit Iovem fecit catasterismorum auctorem; nec defuit qui Liberum contenderet. Causam si quaesieris, in pagi Attici fabula Bacchum revera primarias agere partes, nullas Iovem memento: hanc qui accuratius cum sideribus coniunctam persequi voluit, is Baccho ut in initio dona ita in fine debita praemia ex narrationis consilio vindicare debuit, nisi forte quae interno rerum nexu ultro cohaererent dissolvere ac penitus delere maluit. Utrum idem canem Erigonae in Sirium an in Procyonem converterit etsi Hyginus reticuit, nos nequaquam incerti haerebimus. Cum enim alteri testi iam reddiderimus Procyonem, huic Sirius nunc relinquitur.

8. Deinceps quae de Icario Erigona Sirio rite sedandis ex-

---

11) Cf. *Arati v.* 596—606:

Οὐ μέν θην ὀλίγους γαίης ὑπὸ νείατα βάλλει
Παρθένος ἀντέλλουσα· Λύρη τότε Κυλληναίη
καὶ Δελφὶς δύνουσι καὶ εὐποίητος Ὀιστός . . .
ἀντέλλει δ' Ὕδρη μὲν ἐπὶ πλέον ἄχρι παρ' αὐτόν
Κρητῆρα· φθάμενος δὲ Κύων πόδας αἴνυται ἄλλους
Ἕλκων ἐξόπιθεν πρύμνην πολυτειρέος Ἀργοῦς.
ἢ δὲ θέει γαίης ἰστὸν διχόωσα κατ' αὐτόν,
Παρθένος ἦμος ἅπασα περαιόθεν ἄρτι γένηται·

Sufficit Hipparchi addidisse interpretationem *p.* 220 *Pet. τῆς Παρθένου ἀρχομένης ἀνατέλλειν ὅ τε Κύων ἀνατέταλκε καὶ ἡ πρύμνα τῆς Ἀργοῦς·* Similiter iam Homerus Θ 485 *s.*:

ἐν δ' ἔπεσ' Ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο
Ἕλκον νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.

posuit Hyginus, ea continua fluunt narratione nec ullis interrupta discrepantiis: nisi discrepantiam dixeris, quod duplex in fine etesiarum profertur veriloquium, alterum de trivio sumptum '*quas nonnulli etesias dixerunt, quod quotannis certo tempore oriuntur: ἔτος enim graece annus est latine*', alterum ex fabulae Ceae ratione derivatum '*nonnulli etiam aetesias adpellaverunt, quod expostulatae sunt ab Iove et ita concessae*'. Consentaneum est ad eundem, cuius fabulae Ceae hoc in conexu est memoria, *αἴτιον* illud argute excogitatum pertinere.

Complectar quae ex hoc narrationis Hyginianae examine videantur consectaria: duae ibi coaluerunt de Erigona *ὑποθέσεις*, altera ex ampliore Phaenomenorum expositione desumpta, altera a ceteris siderum ut ita dicam familiis separata sed omni aetiorum genere abundans.

II.

Utriusque *ὑποθέσεως* Hyginianae pura quamvis mutila exempla per alios rivulos ad nos pervenisse ostendi potest. Ac primum quidem de Nigidii Figuli narratione disputandum est, quae in scholiis Germanici BP ⟨*p.* 85 *s. Breysig*⟩ de Aquario proditur: ⟨*Nigidius Hydrochoea sive Aquarium existimat esse Deucalionem Thessalum . . .*⟩ *Ab antiquis quidem dici Aristaeum Apollinis filium: quare nobilitatem possidere. Quem Apollo fertur ex Cyrene procreasse, quam compressit in monte Orpheo qui Cyrenis adpellatur. Aristaeus dicitur omnibus modis artibusque adfinis fuisse, quibus artibus ceteros homines ad bonas artes utilitatemque perducebat. Isque cum Caniculae signum pestiferum oreretur et statim praesentes fructus lacerarentur interciderentque homines aut diuturnis morbis aut pestilentia, res divinas maxime Iovi parenti Neptuno aliis tempestatibus et ventis summa diligentia precans faciebat, ne paterentur genus hominum indignis calamitatibus adfici. Factum est, ut ab his impetrari posset. Itaque venia data constitutum est ab immortalibus, uti post Caniculae exortus venti perflarent circiter dies XL* (XI codd.) *eiusque pestilentiae vim abscinde-*

rent. Quapropter Aristaeus dicitur a diis splendido loco dignatus esse.

Cum ad Aquarii sidus secundum Nigidii sententiam Aristaeus translatus sit, ad primariam Hygini narrationem ex Icariensium Ceorumque fabulis ut dixi (*p.* 65) compositam delegamur: ibi enim primum simul cum ceteris Aristaei catasterismum descriptum esse nunc praecipio, demonstrabo inferius ⟨*p.* 88⟩. Accedit alterum argumentum ex scholiastae verborum conexu depromptum. *Factum est*, inquit, *ut ab his impetrari posset. Itaque venia data constitutum est ab immortalibus, uti post Caniculae exortum venti perflarent circiter dies XL eiusque pestilentiae vim abscinderent.* Veniam audimus Ceos tandem impetrasse: cur veniam? Quid peccaverunt? Non dicitur illud quidem sed suppleri aliunde potest. Icari enim occisores Cei receperant: quibus punitis cum superis in gratiam redire coeperunt. Hinc profecti de iis, quae omissa esse patet, ex Hygino certum ferre possumus iudicium. Ita enim integra procedere debuit narratio: Icarius vini culturam a Baccho edoctus simul cum Maera Atticam peragrans hominibus vinum et vitem obtulit. Necato ab ebriis domino canis domum reversa virginem ad corpus in puteo insepultum ducit e. q. s. Et huius quidem narrationis excerpta sat multa passim deprehenduntur haud spernenda. Quae omnia diligenter perscrutanda sunt, ut ad pristinam integritatem, quod eius possit fieri, communis illa ὑπόθεσις reducatur. Idque ita placet instituere, ut totum Hygini caput cum novis his subsidiis sub unum aspectum subiciam.

I. Hyginus Astron. II, 4.	II. Scholia in Germanic. schol. B. P. p. 66, 6. Ampel. II 6.		III. Probus ad Verg Georg. II 389.
Nonnulli hunc Icarium Erigones patrem dixerunt, cui propter iustitiam et pietatem existimatur Liber pater vinum et vitem et uvam tradidisse, ut ostenderet hominibus, quomodo sereretur, et quid ex eo nasceretur et cum esset natum, quomodo id uti oporteret. Qui cum sevisset vitem et diligentissime administrando floridam facile fecisset, dicitur hircus in vineam se coniecisse et, quae ibi tenerrima folia videret, decerpsisse. Quo facto Icarium irato animo tulisse eumque interfecisse et ex pelle eius utrem fecisse ac vento plenum praeligasse et in medium proiecisse suosque sodales circum eum saltare coegisse. Itaque Eratosthenes ait:	Erigonen Atheniensem Icari filiam fuisse. Quod cum Liber inventum suum vinum suavitate inter mortales inlustraret, veritus ne, cum civibus suis obtulisset saporis nobilitatem, ebrietatem iucunditatis arbitrarentur maleficium, persuasit Icario amicissimo sibi, ut is inferret in civitatem quam vellet, quod et libens animo Icarius tulit et distribuit in Attica.	Sunt qui (Virginem) Erigonen Icari filiam Atheniensem dicunt, cuius patri Liber vinum dedit, ut hominibus ad suavitatem daret.	Nam Liber pater Icario vinum,
Ἰκάριος τόθι πρῶτα περὶ τράγον ὠρχήσαντο.			
Alii dicunt Icarium, cum a Libero patre vinum accepisset, statim utres plenos in plaustrum imposuisse: hac re etiam Booten adpellatum.			
Qui cum perambulans Atticorum fines pastoribus ostenderet, nonnulli eorum aviditate pleni novo genere	Hi capti nobilitate vini languore subito vacillantes veriti,	Quibus dedit, ebriati sunt et lapidibus eum occiderunt.	Icarius pastoribus dedit, et pastores oppressi sunt	(*b*) Pec autem Ca dus ideo cum est,

Exscripserunt schol. Ovid. lb. (cf. *p.* 60) et *Myth. Vatic.* I (cf. *ib.*).

a et *b* ipse posui.

IV. Scholia Vergil. Serv. p. 253 L. (= Georg. II 389).	V. Hygin. fab. 130.	VI. Aelian. hist. anim. VII 28.	VII. Apollod. III, 14, 7.
Icarius Atheniensis pater Erigones cum acceptum a Li-	Icarius pastor Atticus cum a Libero patre accepisset vinum deportandum venale et praeciperet ignorantibus adhuc usum eius,	Cum Liber pater ad homines profectus ut suorum fructuum suavitatem et iucunditatem ostenderet, ad Icarium et Erigonam in hospitium liberale devenit. Ei u trem plenum vini muneri dedit iussitque ut in	*Διόννσον δὲ Ἰκάριος (ὑπεδέξατο) καὶ λαμβάνει παρ' αὐτοῦ κλῆμα ἀμπέλου· καὶ τὰ περὶ τὴν οἰνοποιίαν μανθάνων καὶ τὰς τοῦ θεοῦ δωρήσασθαι θέλων χάριτας ἀνθρώποις ἀφικνεῖται πρός τινας ποιμένας, οἳ γευσάμενοι τοῦ ποτοῦ χωρὶς ὕδατος καὶ δι' ἡδονὴν ἀφειδῶς ἐλκύσαντες πεφαρμάχθαι νομί-*

3 erigonis *VH*
erigonae *P*

I. Hyginus Astron. II, 4.

potionis inducti alia ac decebat loquebantur, atque alius aliam se in partem reiciunt, ut semimortua membra iactantes somno⟨que⟩ consopiuntur[1]). Reliqui eorum arbitrati venenum ab Icario datum pastoribus, ut eorum pecora abigerent in suos fines, Icarium interfectum in puteum deiecerunt, *sed ut alii demonstrant, secundum arborem quandam defoderunt.*

Qui autem obdormierant, experrecti cum se nunquam melius quiesse faterentur ac requirerent Icarium, interfectores eius animi conscientia permoti statim se fugae mandaverunt et in insulam Ceorum pervenerunt, a quibus ut hospites recepti domicilia sibi constituerunt. At Erigone Icari filia permota desiderio pa-

II. Scholia in Germanic. schol. B. P. p. 66, 6. Ampel. II 6.

ne non augendae voluptatis esset sed minuendae valetudinis, commoti vino praecordiaque transpulsi Icarium interfecerunt, quod pro iucundissimo praemio est adeptus[1]).

III. Probus ad Ver Georg. II 389.

somno. Quorum parentes existimantes veneno necatos eum occiderunt et in puteum proiecerunt et plaustra eius et instrumenta et reliqua.

ut poetae i
a pastoribu
rius occis

---

[1]) *alia ac decebat loquebantur* post *iactantes* in codd. leguntur. Transposui et ⟨*que*⟩ addidi. Testibus contraria Wilamowitzii transpositio (Robert. *ad h. l.*): *nonnulli eorum aviditate inducti pleni novo genere potionis somno consopiuntur, alii alia ac decebat loquebantur, atque alius aliam se in partem reiciunt ut semimortui membra iactantes.*

[1]) Quia infra additur „*meminit sibi pro beneficio exitium fuisse a mortalibus*", incredibile est, Icarium libenti animo decessisse. Cf. etiam *Nonnum l. c.* Verum igitur — rem si spectas — perspexit Wilamowitzius, cum haec temptaret apud Robertum *p.* 40: *pro iucundissimo acerbissimum e. a.*

IV. Scholia Vergil. Serv. p. 253 L. (= Georg. II 389).	V. Hygin. fab. 130.	VI. Aelian. hist. anim. VII 28.	VII. Apollod. III, 14, 7.
bero patre vinum mortalibus indicaret, occisus est a rusticis, qui cum plus aequo potassent, ebriati se venenum accepisse crediderant.	ut parce biberent, illi sapore delectati contumaces fuerunt praecepto; itaque cum corpus eorum solveretur ebrietate et somno, arbitrati se venenum accepisse interfecerunt Icarium.	reliquas terras propagaret. Icarius plaustro onerato [1]) in terram Atticam ad pastores devenit et genus suavitatis ostendit; pastores cum immoderatius biberent ebrii facti conciderunt. Qui arbitrantes Icarium sibi malum medicamentum dedisse fustibus eum interfecerunt.	ὅτε τὸν Ἰκάριον ἀπέκτειναν οἱ προσήκοντες τοῖς πρῶτον πιοῦσιν οἶνον καὶ εἰς βαθὺν ὕπνον ἐμπεσοῦσιν οὐκ εἰδότες πω μὴ θάνατον εἶναι τὸ πραχθὲν ἀλλὰ οἰνηρὸν χάρον,	ζοντες ἀπέκτειναν αὐτόν· μεθ' ἡμέραν δὲ νήψαντες ἔθαψαν αὐτόν·

5 equo *H* 6 debriati *PH* elebriati *H* inebriati *Lion* 9 crediderant *PH* crediderunt *V*.

[1]) Post onerato *cum Erigona filia et cane Macra* ex Frisingensi Micyllus: iure damnavit Robertus.

Exscripsit Tzetzes Chil. IV 128 (cf. *Osann p.* 19 *n.*)

I. Hyginus Astron. II, 4.

tris, cum eum non redire videret ac persequi conaretur, canis Icari, cui Maera fuit nomen, ululans ut videretur obitum domini lacrimare rediit ad Erigonen. Cui non minimam cogitatae mortis suspicionem ostendit. Neque enim puella timida suspicari debebat nisi patrem interfectum, qui tot dies ac menses abesset. At canis vestem eius tenens dentibus perducit ad cadaver. Quod filia simul ut vidit, desperata spe solitudine ac pauperie oppressa multis miserata lacrimis in eadem arbore, sub qua parens sepultus videbatur, suspendio sibi mortem conscivit. *Cui canis mortuae spiritu suo parentavit.* Nonnulli etiam (enim *codd.*) hunc in puteum se deiecisse dixerunt Anigrum nomine: quare postea neminem ex eo puteo bibisse memoriae tradiderunt.

Quorum casum Iuppiter miseratus in astris corpora eorum deformavit. Itaque complures Icarium Booten, Erigonen Virginem nominaverunt, canem autem sua adpellatione et specie Caniculam dixerunt, quae a Graecis, quod ante maiorem Canem exoritur, Procyon adpellatur.

II. Scholia in Germanic. schol. B. P. p. 66, 6. Ampel. II 6.

Conterrita mora patris Erigone cum miserando ululatu mortuum requireret, canis dentibus vesti iniectis eam accersens ad patris corpus perduxit. Quae eius corpus sepelit ipsaque se in Hymetto monte contulit ibique laqueo mortem adscivit.

Canis, qui cum illo erat, vidit dominum occisum et cum ululatu ad Erigonen rediit. Quem ut moestum et singularem vidit, sollicita proficiscitur cum eo. Venere ad locum, ubi Icarius iacebat. Vidit corpus patris, magna lamentatione in Hymetto monte sepelivit, ipsa vero se suspendit laqueo. Canis ante pedes eius discumbens diutius et sine alimentis deficiens post aquam anhelans in puteum se proiecit.

III. Probus ad Vergil. Georg. II 389.

Canis autem eius quodammodo significare coepit domini mortem. Filia eius Erigone secuta est canem ad puteum et cadaver patris sepelivit optavitque, ut nisi Athenienses ulti essent mortem Icari eodem morbo perirent.

(*a*) Icari pastoris Attici canis qui servaverat corpus occisi

(*c*) et filia Erigone, quae se suspendio necaverat ob interitum patris, relati sunt in sidera.

IV. Scholia Vergil. Serv. p. 253 L. (= Georg. II 389).	V. Hygin. fab. 130.	VI. Aelian. hist. anim. VII 28.	VII. Apollod. III, 14, 7.
Huius canis est reversus ad Erigonen filiam. Quae cum eius comitata vestigia pervenisset ad patris cadaver, laqueo vitam finivit.	Canis autem eius sine domino reversus ad Erigonen filiam dux fuit quaerenti patrem. Illa autem cognita morte Icari suspendio se necavit. Canis vero non recedens a corpore dominorum inedia consumptus est.	Icarium autem occisum canis Maera nomine ululans Erigonae eius filiae monstravit. Quo cum venisset, super corpus parentis in arbore suspendio se necavit.	*Ἠριγόνῃ δὲ τῇ θυγατρὶ τὸν πατέρα μαστευούσῃ κύων συνήθης, ὄνομα Μαῖρα, ἢ τῷ Ἰκαρίῳ συνείπετο, τὸν νεκρὸν ἐμήνυσεν· κἀκείνη κατοδυραμένη τὸν πατέρα ἑαυτὴν ἀνήρτησεν.*

b) Qui deorum voluntate in astrorum numerum sunt delati, Erigone signum Virginis Icarius Arcturus in sideribus est dictus. Canis autem Maera Canicula.

---

3 erigonem *PV* erigonen *H* 3 eius *add. Lion.*

I. Hyginus Astron. II, 4.

Alii hos a Libero patre figuratos inter sidera dicunt. Interim cum in finibus Atheniensium multae virgines sine causa suspendio sibi mortem consciscerent, quod Erigona moriens fuerat precata, ut eodem leto filiae Atheniensium adficerentur, quo ipsa foret obitura, nisi Icari mortem persecuti et eum forent ulti: itaque cum id evenisset, ut ante diximus, petentibus eis Apollo dedit responsum, si vellent eventu liberari, satisfacerent Erigonae. Qui quod ea se suspenderat, instituerunt, uti tabella interposita funibus se iactarent, ut qui pendens vento movetur, quod sacrificium solemne instituerunt. Itaque et privatim et publice faciunt et id ἀλητιδος adpellant, quod eam patrem persequentem cum cane, ut ignotam et solitariam oportebat, mendicam adpellabant, quas Graeci ἀλητιδας nominant.

II. Scholia in Germanic. schol. B. P. p. 66, 6. Ampel. II 6.

Tum dicitur Liber a Iove petiisse, propterea quod Icarius suoimperiodefecisset[1]) siderum signis nobilitarentur. Adaeque virgines Athenienses quotannis diem festum instituerunt aeoras ideo quia illam pendentem iactari conspexerunt, quod est apud Graecos αἰωρεῖσθαι: ex quo factum est, ut olim oscillo iactarentur homines.

Icarius autem pater Virginis nominatur stella Arcturus. Quae cum exoritur spurcissimas tempestates mari terraeque ef-

Tum Liber a Iove petiit, quod suo imperio defecerint, ut inter siderum cursus ponerentur. Erigona Virgo,

Icarius autem Arcturus nominatus est, cuius stella quando exoritur continuas tempestates facit; Canis Canicula.

III. Probus ad Vergil Georg. II 389.

Liber autem memor, quia sua causa perierat Icarius, filiam eius inter astra locavit, quae est Virgo, Canemque, qui quotannis oritur vites adurit Siriusque adpellatur.

[1]) *pater Erigones fuisset* codd., 'amicissimus' inseruit Wilamowitsius; ipse Ampelium secutus sum.

V. Scholia Vergil. p. 253 L. (= Georg. II 389).

nec deorum nūtu inter sidera relata est in Virginem est. Canis pro ille est sidera comitis. Sed aliquantum ceris Atheniensibus mortalitatis missus alia, ut eo virgines fuquodam pellerentur laqueum. ponditque malum sedari illam pestiam, si canes et Icadavera reriverentur. Sic cum diu quita nusminveniren ad ostendam suam revectionem

Cum autem subita pestilentia in Atticam incidisset, et novo genere mortis virgines alienatae mente suspendio se necarent in silvis, consultum est oraculum Apollinis de fine tam luctuosi furoris. Responsum est, remedium futurum praesens supplicium eorum, qui occiderant Icarium. Quibus conquisitis et interfectis sacratoque inter sidera Icario et filia et canem plane ut numi-

V. Hygin. fab. 130.

a) Ob quod factum Liber pater iratus Atheniensium filias simili poena adflixit. De ea re ab Apolline responsum petierunt. Quibus responsum est, quod Icari et Erigones mortem neglexissent, quo responso de pastoribus supplicium sumpserunt[1]) et Erigonae diem festum oscillationis pestilentiae causa[2]) instituerunt et ut per vindemiam de frugibus Icario et Erigonae primum delibarent.

[1]) De pastoribus supplicium sumpserunt damnavit Roscherus, quem rem referunt scholia Verg.

[2]) Non pertinet ad suam scholium Verg. recurrat

VI. Aelian. hist. anim. VII 28.

ἐνεφανισε δὲ αὐτὰ τῇ Ἀττικῇ διὰ Διονύσου τοῦ Διὸς θεὸν πομπεύοντος τῷ τροπῳ γὰρ τῶν ἐντεῦθεν φερῶν καὶ τραφέντος ὁ μὲν Ἡσίοδος ἔγραψεν, οἱ βουκόλοι δὲ τὸν μῦθον καὶ ἐς ἡμᾶς διασώσαντες ἔτι καὶ νῦν ἄγουσι τὴν ἑορτὴν ἐν ᾗ δὴ καὶ Ἀθηναίοις ὕστερον ἐπὶ λοιμῷ τινι ἐδόκει ἀνελεῖν ἑαυτοὺς ἐκ δένδρων ἀπαγξαμένους. ἔστι δὲ ἡ ἑορτὴ ἐν ᾗ τὸν θεὸν ἐπὶ τῆς ἁμάξης περιάγουσιν ἐν ἄστει.

VII. Apollod. III. 14, 7.

[1]) e codicum Ven. Kern. ex coniectura

I. Hyginus Astron. II, 4.

Praeterea Canicula exoriens aestu Ceorum loca et agros fructibus orbabat et ipsos morbo adfectos poenas Icario cum dolore sufferre cogebat, quod latrones recepissent. Quorum rex Aristaeus (Actaeonis pater) petiit a parente, quo facto calamitatibus civitatem posset liberare. Quem deus iubet multis hostiis expiare Icari mortem et ab Iove petere, ut, quo tempore Canicula exoreretur, dies XL ventum daret, qui aestum Caniculae moderaretur. Quod iussum Aristaeus confecit, et ab Iove impetravit, ut etesiae flarent.

[Quas nonnulli etesias dixerunt, quod quotannis certo tempore exoriuntur: ἔτος enim graece annus est latine.]

Nonnulli etiam aetesias adpellaverunt, quod expostulatae sunt a Iove et ita concessae.

II. Schol. Germ. B. P. p. 66, 6.

ficit, quod meminit sibi pro beneficio exitium fuisse a mortalibus.

Canis autem Icari, qui ululans ante pedes pendentis Virginis mortuus est, astrum Cyon nominatur, qui ob eandem causam, quando exoritur, summam pestilentiam mortalibus portat.

IV. Scholia Vergil. Serv. p. 253 L. (= Georg. II 389

Athenienses, ut etiam in alieno ea quaerere viderentur elemento, suspenderunt de arboribus funem, ad quem se tenentes homines hac et illac agitabantur, ut quasi et per aerem illorum cadavera quaerere viderentur. Sed cum inde plerique caderent, inventum est, ut formas ad oris sui similitudinem facerent et eas pro se suspensas moverent.〉

nibus sacrifi cium institu tum est, quo oscilla imita rentur suspen dia Atticarum virginum.

3 ea *om. V* querere *VH* 7 atque *V* 11 quasi etiam *V* 13 querere *V* quaerere ut *P* 16 plerique *om. P* 23 moverentur *H*.

I. Ὑποθέσεως Hyginianae discrepantias quattuor numero, quas inclinatis litteris excudendas curavi, apud ceteros testes frustra quaesieris. Unde patet hos eandem exhibere de Erigona narrationem integram.

Quae sub II ex scholiis in Germanicum adscripsi longiorem disputationem desiderare mihi videntur. Consentiunt enim viri docti[12]), totum Ampelii caput secundum Nigidio Figulo esse vindicandum: quod si constaret, etiam scholiastae excerptum ob orationis similitudinem ad eundem rediret Nigidium.

Inesse in utriusque libello Nigidiana certum est, incertum utrum Ampelius — ut scholia Germanici BP — ipsum Nigidium an auctiora adhibuerit in Germanicum scholia, in quibus cum aliis Nigidius iam erat contaminatus. Qua de quaestione ita disputavit *mus. Rhen.* 1858 *p.* 180 Buechelerus: 'Aber bei Ampelius finden wir sagen, die in den scholien nicht überliefert sind, in ihrer fassung aber hinlänglich zur schau tragen, dafs sie aus derselben quelle geflossen. Hierher gehört vor allem die erzählung vom sternbild der wage, die sich in keinem schriftsteller wieder zu finden scheint[13]). Sollte nun vielleicht jemand entgegnen, dafs in den Germanicusscholien diese partien ehemals noch erhalten waren, für uns aber verloren sind, so müssen wir darauf hinweisen, dafs wir den ausfall gröfserer abschnitte anzunehmen keinen grund haben, und dafs, wenn wir die beschaffenheit derselben ins auge fassen, von der wage dort nicht füglich geredet werden konnte. Denn da der commentar zunächst das zur erklärung des dichters fügliche zusammenfassen sollte, so hatte der scholiast um so weniger veranlassung, auf das zeichen der wage näher einzugehen, als der dichter teils in der beschreibung des tierkreises, wo die andern sternbilder alle näher charakterisiert werden, teils im übrigen gedichte die durch

---

[12]) Woelfflinus *de L. Ampelii libro memoriali Gotting.* 1854, Buechelerus *mus. Rhen.* XIII *p.* 179 *s.*, Robertus *p.* 17 *s.*

[13]) Addenda altera de Piscibus est narratio (= Hygin. *p.* 70, 18 *s.*): *Ideo Pisces, quia in bello Gigantum Venus perturbata in piscem sese transfigurarat* (secundum Diognetum Erythraeum).

das μέγα θηρίον — den scorpion — in schatten tretende wage nur im vorübergehen erwähnt'.

De priore argumento virum doctissimum credo nunc post Breysigii editionem aliter sentire, ex qua quantum vel in codicibus hodie superstitibus differat scholiorum copia facile intellegitur [14]). Ne alterum quidem Buecheleri argumentum ex interpretis officio petitum probare possum. Multa enim in scholiis illis insunt quae non modo nihil ad interpretationem poetae conferant verum impedimento sint, velut stellarum catalogi: de quibus quae cum de Arato agerem exposui *p.* 29 *s.*, ea velim ad Germanicum transferantur. — Dein ita pergit: 'Noch ein umstand bestimmt mich, die scholien nicht als Ampelius' quelle zu betrachten. Ist es wahrscheinlich, dafs der verfasser des liber memorialis, der die vortrefflichsten gewährsmänner zur hand hatte und dem publicum jener zeit nicht minder fremde als unsrer kenntniss entrückte schriftsteller (*c.* 9) compilierte, wenn er über astronomie schrieb, das damals ganz bekannte und wie es scheint allgemein verbreitete lehrbuch ausgezogen habe? Sehen wir demnach von den scholien ab'. Cavendum ne quicquam huic observationi tribuatur, quoniam de excerptore agitur doctrinae reconditae incurioso. Quaestionem igitur breviter retractemus.

Ac primum quidem opponitur aliorum testimoniis saepius Nigidius, velut *p.* 90, 10 s.: *Nigidius de Croto eadem dicit* (scil. atque 'Catasterismi' ex Sositheo attulerant), *sed non conversatum cum Musis, sed cum cantus chorosque celebrarent hunc procul abditum repentino plausu ad pedem ferientem oblectasse canentes . . . Alii eum Chironem esse dixerunt* etc. Haec apud Ampelium ita redeunt, ut nomen Nigidii simpliciter supprimatur: *Sagittarius filius nutricis Musarum . . . Alii Chironem dixerunt.* Quodsi ulla scholio fides, 'alii' illi a Nigidio separandi sunt. — *P.* 65, 20: *Nigidius de Virgine ita refert: Virginem Iustitiam dici sive Aequitatem, quae ab hominibus recesserit et ad immortales merito pervenerit . . . Sunt qui aliter memorent. Eri-*

[14]) Nota ut unum moneam Amphidis comici de Cane et Opora fabellam apud unum scholiastam BP servatam (*p.* 168).

gonen Atheniensem Icari filiam fuisse. Iterum, si scholiastae fides, diversi isti 'alii' a Nigidio. Attamen ab Ampelio quoque coniuncti ita adferuntur: *Virgo quam nos Iustitiam dicimus fuit cum hominibus . . . Sunt qui Erigonen Icari filiam Atheniensem dicant.* Possum addere plura. Velut si Ampelii de Iustitia narrationem cum scholiis Germanici B P contuleris, ad priorem fabulam — quam inter Catasterismorum fragmenta iure Robertus recepit — multo propius quam ad Nigidianam verborum conformationem accedere videbis. Mihi quae attuli satisfaciunt [15]).

Ad singula transgredior. Quae in iisdem Germanici scholiis BP leguntur de loco, quo Icarius sepultus est, aperte depravata sunt, genuina apud Ampelium. Etenim cum per se consentaneum sit obiisse filiam prope funera patris, vellem causam prolatam, cur Erigone relicto tumulo paterno in Hymettum sese conferret, vitam laqueo finitura. Itaque vera narravit Ampelius: *vidit corpus patris, magna lamentatione in Hymetto monte sepelivit, ipsa vero sese suspendit laqueo* scilicet prope sepulcrum. Iam vero si in monte quodam a poeta praesertim Alexandrino sepultus dicitur, pronum est de 'Icario monte' cogitare, qui a

---

15) Utar hac occasione, ut scholiis in Germanicum vitium demam. Corrupta enim haec legitur de Centauro narratiuncula: *alii eum Chironem esse dixerunt Saturni et Philyrae filium, qui iustissimus maximeque pius atque hospitalis esset, a quo Aesculapius medicinam, Achilles citharam, in astrologia, Hercules litteras didicisse dicantur. Propterea deorum numero videtur relatus.* In depravato illo 'in' herois sive heroidis nomen delitescit, 'astrologiam' corrigi iure iam iussit Breysigius. Hinc emendandi proficisci debet consilium. 'Hippen' eliciendam esse Clemens Alexandrinus docet *Strom.* I *p.* 361 *Potter*: *ὁ δὲ Βηρύτιος Ἕρμιππος Χείρωνα τὸν κένταυρον σοφὸν καλεῖ, ἐφ' οὗ καὶ ὁ τὴν Τιτανομαχίαν γράψας φησίν, ὡς πρῶτος οὗτος εἷς τε δικαιοσύνην θνητῶν γένος ἤγαγε δείξας ὅρκον καὶ θυσίας ἱλαρὰς καὶ σχήματ' Ὀλύμπου· παρὰ τούτῳ Ἀχιλλεὺς παιδεύεται ὁ ἐπ' Ἴλιον στρατεύσας· Ἱππὼ δὲ θυγάτηρ τοῦ κενταύρου συνοικήσασα Αἰόλῳ ἐδιδάξατο αὐτὸν τὴν φυσικὴν θεωρίαν τὴν πάτριον ἐπιστήμην· μαρτυρεῖ καὶ Εὐριπίδης* (in Melanippae prologo cf. Valcken. *ad Phoen.* 536):

ἥ πρῶτα μὲν τὰ θεῖα προὐμαντεύσατο
χρησμοῖσι σαφέσιν ἀστέρων ἐπ' ἀντολαῖς·

Ex auctiore Catasterismorum exemplari scholiastam sua hausisse *Cat.* XL *p.* 184 *Rob.* demonstrant. — Similem locum qui huc facit non recte Robertus damnavit (*schol. Arat. v.* 436).

tumulo Icari et nomen suum et famam duxerit. Sed hoc ut dixi in coniectura positum, quoniam fuerit *τὸ Ἰκάριον ὄρος* Hymetti particula an alibi situm nondum exploratum est. Cf. *adn.* 51.

Probus (III[a]) qui fertur non modo Icarium ipsum sed etiam 'plaustrum et instrumenta et reliqua' — boves videlicet — ab occisoribus in puteum coniecta esse solus asseveravit: id quod cautius in medio relinquemus. — Compilatori tribueris, quod canis Icari corpus (III[b]) custodivisse dicitur, si quidem secundum alterum Hygini testem ad Erigonam recurrit, ex alterius sententia cum Erigona demum domo proficiscitur.

Scholion Vergilianum (IV[a]) ad eos codices recensui, quos Hageni liberalitas mihi utendos concessit: H(amburgensem 52 s. XI) V(aticanum 3317 s. XI) P(arisinum 7959 s. X). — Ad Georg. I 33 ex solo Lemovicensi s. X haec attulit Hagenus: *Sane haec Erigone Icari filia fuit tantae pietatis in patrem, ut, cum eum vidisset mortuum, omni se luctu ac maerore conficeret. Ob quam rem misericordia deorum inter signa locum Virginis sub Iustitiae vocabulo iussa est obtinere.* Item ad I 218: *Hunc canem alii Icari putant patris Erigonae, qui mortem patris filiae nuntiavit.*

Cum scholiasta Vergiliano Hygini fabulam 130 (V) composui, quia idem apud utrumque excerpendi vitium deprehenditur: pastores dicunt, postquam ebrii conciderunt et obdormiverunt, Icarium interfecisse. Hyginus: *Pastores cum immoderatius biberent, ebrii facti conciderunt; qui arbitrantes Icarium sibi malum medicamentum dedisse fustibus eum interfecerunt.* Schol. Vergil.: *Itaque cum corpus eorum solveretur ebrietate et somno, arbitrati se venenum accepisse interfecerunt Icarium.* Debebant dicere, nonnullos corruisse ebrios, reliquos cum sibi venenum crederent oblatum furore correptos et mente abalienatos Icarium invasisse: ita et apud ceteros testes haec res narratur et per se est probabilis. Illud vero in Hygini fabula eo magis mirandum, quod in Astronomia egregie haec omnia procedunt, de ineptia ista nullum exstat vestigium: *Nonnulli aviditate pleni . . . somno consopiuntur. Reliqui eorum arbitrati venenum ab Icario datum pastoribus . . . interfectum in puteum deiecerunt* etc. Itaque Hyginus

a sese ipse in fabula 130 enarranda, ut ad scholiastam Vergilianum transiret, deficere maluit. Commune praeterea est fabulae 130 et scholiastae, quod etiam de pastoribus supplicium sumptum esse sciunt et morbum post Erigonae mortem Atticis immissum vocant 'pestilentiam': iniuria igitur horum utrumque fabularum Hygini interpolatori Robertus *p.* 40 mihi adsignasse videtur[16]).

Apollodori narratio (VII) manifesto eandem refert *ὑπόθεσιν*, siquidem Sirium habemus, qui adparet ex verbis *Ἠριγόνῃ δὲ τῇ θυγατρὶ τὸν πατέρα μαστευούσῃ κύων συνήθης ὄνομα Μαῖρα, ἣ τῷ Ἰκαρίῳ συνείπετο, τὸν νεκρὸν ἐμήνυσεν*: Procyonem identidem monui cum Erigona domo exiisse.

In Aelianum (VI) idem cadit, quamvis nimium ille narratiunculam contraxerit. —

Quae ab hac excerptorum serie seiunxi, scholion Iliadis ad X 29, cui in Veneto B subscribitur '*ἱστορεῖ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς ἑαυτοῦ καταλόγοις*', et 'Catasterismorum' apud Cosmam Hierosolymitanum narrationem ex *A. Mai Spicilegio Romano* II *p.* 128 supra *p.* 7 adpositam: ea nunc inter se conferenda sunt.

'Catalogi'.

Κύν' Ὠαρίωνος] τὸν ἀστρῷον κύνα οὕτως ἔφη· ἔνιοι δέ φασι τὸν κατηστερισμένον κύνα οὐκ Ὠρίωνος ἀλλ' Ἠριγόνης ὑπάρχειν, ὃν καταστερισθῆναι διὰ τοιαύτην αἰτίαν· Ἰκάριος γένος μὲν ἦν Ἀθηναῖος, ἔσχε δὲ θυγατέρα μονογενῆ Ἠριγόνην, ἥτις κύνα νήπιον ἔτρεφεν· ξενίσας δέ ποτε ὁ Ἰκάριος τὸν Διόνυσον ἔλαβεν ἀπ' αὐτοῦ οἶνόν τε καὶ ἀμπέλου κλῆμα· κατὰ δὲ τὰς τοῦ θεοῦ ὑποθήκας περιήει τὴν γῆν προφαίνων τὴν τοῦ Διο-

'Catasterismi'.

Περὶ δὲ τῆς Ἠριγόνης φασίν, ὅτι αὕτη θυγάτηρ ἦν τοῦ Ἰκαρίου· Ἰκάριος δὲ Ἀθηναῖός ἐστι τὸ γένος· λέγεται μὲν οὖν ὁ Διόνυσος ἐφευρεῖν τὸν οἶνον· αὐτὸν γάρ φασιν Ἕλληνες ἔφορον τῆς ἀμπέλου· οὗτος ὁ Διόνυσος ἐλθὼν ἐν Ἀθήναις Ἰκαρίῳ τινὶ περιτυχὼν δέδωκέ, φησιν, αὐτῷ κλῆμα ἀμπέλου φυτεῦσαι· καὶ ἐφύτευσε καὶ ἐγεώργησεν οἶνον· καὶ αὐτὸς ἔπιε καὶ ἔδωκε ποιμέσι πιεῖν·

16) Fabulam ex scholiis Vergilianis interpolatam iure censet Wilamowitzius.

νύσου χάριν ἔχων σὺν ἑαυτῷ τὸν κύνα· γενόμενος δὲ ἐκτὸς τῆς πόλεως βουκόλοις οἶνον παρέσχεν· οἳ δὲ ἀθρόως ἐμφορησάμενοι οἱ μὲν εἰς βαθὺν ὕπνον ἐτράπησαν, οἱ δὲ περιλειπόμενοι νομίσαντες θανάσιμον εἶναι φάρμακον τὸ πόμα πλήσσοντες ἐφόνευσαν τὸν Ἰκάριον· μεθ' ἡμέραν δὲ νηψάντων αὐτῶν καταγνόντες ἑαυτῶν εἰς φυγὴν ἐτράπησαν· ὁ δὲ κύων ὑποστρέψας πρὸς τὴν Ἠριγόνην δι' ὠρυγμοῦ ἐμήνυσεν αὐτῇ τὰ γεγονότα· ἣ δὲ μαθοῦσα τἀληθὲς ἑαυτὴν ἀνήρτησεν· νόσου δὲ ἐν Ἀθήναις γενομένης κατὰ χρησμὸν Ἀθηναῖοι τόν τε Ἰκάριον καὶ τὴν Ἠριγόνην ἐνιαυσίαις ἐγέραιρον τιμαῖς· οἳ καὶ καταστερισθέντες Ἰκάριος μὲν Βοώτης ἐκλήθη, Ἠριγόνη δὲ Παρθένος· ὁ δὲ κύων τὴν ἑαυτοῦ ὀνομασίαν ἔσχεν.

οἱ δὲ ποιμένες μεθυσθέντες διὰ τὸ ἐκ παραδόξου πρῶτον πιεῖν νομίσαντες φαρμαχθῆναι παρὰ τοῦ Ἰκαρίου ἀποκτείνουσιν αὐτόν·

ἡ δὲ τούτου θυγάτηρ Ἠριγόνη διὰ τῆς κυνὸς γνοῦσα ὅτι τέθνηκεν ἐποτνιᾶτο καὶ ἤσχαλλεν· ταύτην δέ φησιν ἐλεήσαντες ⟨οἱ θεοὶ⟩, διὰ τὸ πάθος μετέθηκαν αὐτὴν εἰς τὸν οὐρανόν· καὶ νῦν ἐν τοῖς ἄστροις ἐστὶν ἡ Ἠριγόνη.

Vel hinc conligimus 'Catalogos' non esse a Catasterismorum sylloga diversos. Neque id quidem inepte. Ut enim *ἀστροθεσίαι* et *καταστερισμοί*, de quibus p. 3 *s.* locutus sum, ad eam libelli partem, quae est de fabulis caelestibus, respiciunt, ita, si quis materiam dixerit astronomicam, ei 'stellarum catalogi' vocandi sunt. — Sed haec hactenus: de *ὑποθέσεως* origine dicendum.

Poetam et Pollux et Probus qui dicitur horum catasterismorum dixerunt auctorem cf. Pollux V 42: *ὁ δὲ Ἰκαρίου κύων καὶ ἔδειξε τῇ θυγατρὶ τὸν Ἰκαρίου νεκρόν· καὶ εἰ χρὴ πιστεύειν τοῖς ποιηταῖς, οὗτός ἐστιν ὁ Σείριος*[17]). Probus *ad Vergilii Georg.* I 219:

[17]) Incertum, huc an ad alteram fabulae formam respexerint *Manilius* II 25 *s.*:

Pecoribus autem Canis sidus ideo inimicum est, quod ut poetae ferunt a pastoribus Icarius occisus: de Sirio — non de Pro-

---

Astrorum quidam varias dixere figuras
Signaque diffuso passim labentia caelo
In proprium cuiusque genus causasque tulere
Persei et Andromedae poenas matremque dolentem ...
Et furto Cycnum, pietate ad sidera ductam
Erigonen, ictuque nepam, spolioque leonem
Ceteraque ex variis pendentia casibus astra
Aethera per summum voluerunt fixa revolvi.
Quorum carminibus nihil est nisi fabula caelum etc.

et *Aetna* 582 *s.*:

Nunc hic Cecropiae variis spectantur Athenae
Carminibus, gaudentque sua victrice Minerva:
Excidit hic reduci quondam tibi perfide Theseu
Candida sollicita praemittere vela parenti.
Tu quoque Athenarum crimen iam nobile sidus
Erigone, edens questus Philomela canoras
En volat in silvas, et tu soror hospita lectis
Acciperis. Solis Tereus ferus exulat agris. —

Propertius III 33, 23 Cynthiam suam a nocturna Isidis religione ita avocare studet:

Non audis et verba sinis mea ludere, cum iam
Flectant Icarii sidera tarda boves.
Lenta bibis, mediae nequeunt te frangere noctes.
An nondum est talos mittere lassa manus?
Ah pereat quicunque meracas repperit uvas
Corrupitque bonas nectare primus aquas.
Icare Cecropiis merito iugulate colonis,
Pampineus nosti quam sit amarus odor.

Sidera tarda dicit quos 'geminos triones' Vergilius: vides solito his poetis artificio exquisitam fabellam graecam ad opinionem proprie romanam inlustrandam adhiberi. — Ceterum *v.* 25—40 aliunde invectas statuit Baehrensius, cum "quid Cynthiae bibosae descriptio ad rem faceret" non perspiceret. Quo panno recepto nonnulli versus inter 25 et 40 periisse eidem videntur editori. At ipsa Icari mentio v. 24 ad insequentia sponte traduxit latius et ex certa quadam nec vulgari fabula tractanda. Ceterum momentum facit, quod Propertius 'Icarum' dixit pro Icario. Haec enim nominis forma ab Eratosthene iisque qui ab illo pendent usurpatur ⟨cf. *p.* 90. 91 et supra *adn.* 4⟩. Ipse per totum libellum 'Icarium' retinere malui.

cyone — dicentem audimus. Inter seriores Alexandrinos eum fuisse simul cum universo inventionis genere aetiorumque multitudine id quoque innuit, quod neque Aratus neque alius quisquam id temporis de Icari eiusque familiae sideribus quicquam habet exploratum. Sirii quot inde ab Homero[18]) meminere scriptores! De Orionis Cephalive Attici et de Isidis cane[19]) consentiunt; exquisitius *Ποινὴν* facit caelestem Argivis propter Lini mortem immissam Callimachus in Lini elegia[20]): canem Erigoneum nemo alius adgnoscit. In Booten[21]) quem pro Arcade habent idem cadit, idem in Plaustrum sive Ursam[22]), quae ipsa ex Arcadum fabula Callisto vocitatur, secundum Aglaosthenem Naxium erat ex Iovis nutricibus. Chii denique eam Helicen matrem Meropae voluerunt, quam cum Orion venator ebrius compressisset occaecatus simul cum Helice ad caelum pervenit[23]). Neque hinc Virgo excipienda — quam pro Iustitia Hesiodea[24]) Cerere Iside Fortuna[25]) Ariadna[26]) denique Atargatide dea Syria[27]) habent —

---

[18]) X 25 *s.*

[19]) Ex. gr. *Catast. p.* 166 *s Rob. Schol. Apoll. Rhod.* II 517 (quod Alcyoneum addidit), *Arat.* 325 *s. Hesiod. Opp.* 607: nolo nunc testimonia cumulare, quae peculiari commentatione digerenda erunt et tractanda. — Istri de Cephali cane in lapidem converso opinio apud *Pausaniam* IX 19, 1 ⟨*Robert. p.* 167 *n.*⟩ revertitur.

[20]) Cf. inferius *p.* 128 *s.*

[21]) *Arat.* 91 *s. Hesiod. l. c. Catast. p.* 74 *s.*

[22]) *Catast. p.* 50 *s.*

[23]) *Parthen. c.* XX: cf. infra *adn.* 109.

[24]) *Arat.* 96 *s.*

[25]) *Catast. p.* 84.

[26]) *Lucian. Deor. conc.* LXXIV 51, si est Lucianus ⟨infra *p.* 90⟩, *Nonnus* XLVII 700—707 *Propert.* IV 17, 6 *s.*:

Te quoque enim non esse rudem testatur in astris (scil. Bacchum)
lyncibus ad caelum vecta Ariadna tuis.

Puellae Dionysiacae 'Virgo' convenit. Ceterum 'ad caelum vecta' dici vel ob id ipsum potuit Ariadna, quia in caelum recepta est.

[27]) *Catast. p.* 84. — Atargatin Ctesias 'Dercetonem' nominavit ⟨*Strabo* XVI *c.* 27⟩, quae Bambycae colebatur ⟨*Plin. N. H.* V 23⟩. Piscem eum, qui Dercetonem servaverat, ad caelum pervenisse idem Ctesias ⟨*Catast. p.* 180⟩ narraverat. Vix igitur a vero aberraverit, qui etiam Atargatidis ipsius catasterismum Ctesiae vindicet.

neque Crater, qui simul cum Corvo et Hydra ad Apollinis religionem refertur[28]). Porro de Aristaeo Cyrenae filio inde ab Eoeis Hesiodeis multi, dedita opera eoque consilio exposuit Apollonius[29]), ut et merita eius et praemia efferret: de catasterismo apud illum nec vola nec vestigium. Frustra denique in Arati Phaenomenis vel levissimum quaesieris vestigium, quo horum catasterismorum notitia commonstretur. Itaque id certe concedendum, si revera ante hanc quam dixi aetatem illi iam exstiterunt catasterismi, in tenebris fere eos omnes latuisse.

Tamen obscurum fuisse poetam, si ex eventu aestimare licet, non possum a me impetrare ut credam. Nam inde a Nigidio Figulo, unde Aristaei catasterismum supra adscripsi, Romanis haec fabularum series tam est familiaris, ut attingant eam saepissime, raro persequantur. Adferam exempla. Statius *Silv.* IV 4, 12 de Sirio insigni quodam metonymiae artificio haec dixit:

Iam terras volucremque polum fuga veris aquosi
laxat et Icariis caelum latratibus urit[30]).

---

[28]) *Catast. p.* 188.

[29]) De Cyrena Hesiodea cf. *Kirchhoff, die Homerische Odyssee p.* 321 *s.* — *Theophrast. de ventis* V 14 ⟨*p.* 379, 32 *s.* Wimmer⟩. *Pindar. Pyth.* IV alii. — *Apollon.* II 516 *s.*: Ἧμος δ' οὐρανόθεν Μινωίδας ἔφλεγε νήσους
Σείριος, οὐδ' ἐπὶ δηρὸν ἔην ἄχος ἐνναέτῃσιν,
τῆμος τόν γ' ἐκάλεσσαν ἐφημοσύναις Ἑκάτοιο
λοιμοῦ ἀλεξητῆρα· λίπεν δ' ὅγε πατρὸς ἐφετμῇ
Φθίην, ἐν δὲ Κέῳ κατενάσσατο λαὸν ἀγείρας
Παρράσιον, τοίπερ τε Λυκάονός εἰσι γενέθλης,
καὶ βωμὸν ποίησε μέγαν Διὸς Ἰκμαίοιο
ἱερά τ' εὖ ἔρρεξεν ἐν οὔρεσιν ἀστέρι κείνῳ
Σειρίῳ αὐτῷ τε Κρονίδῃ Διί· τοῖο δ' ἔκητι
γαῖαν ἐπιψύχουσιν ἐτησίαι ἐκ Διὸς αὖραι
ἤματα τεσσαράκοντα· Κέῳ δ' ἐνὶ νῦν ἱερῆες
ἀντολέων προπάροιθε Κυνὸς ῥέζουσι θυηλάς·
καὶ τὰ μὲν ὣς ὑδέονται.

[30]) Statium Claudianus expressit '*de laudibus Stilichonis*' II 446:
Lenior et gravidis adlatret Sirius uvis:
cf. *Haupt. opusc.* II *p.* 170.

Nec dissimilis alter Statii locus *Theb.* IV 776:

Solet et rapidi sub limite Cancri
semper et Icarii quamvis iuba fulgeret astri ire tamen.

Videntur igitur ad eandem fabulae formam revocanda *Silv.* V 3, 74 *s.* Ubi cum patris sui mortem conquereretur, Erigonae dolorem ita comparavit:

Neque enim Marathonia virgo
parcius exstinctum saevorum crimine agrestum
fleverit Icarium, Phrygia quam turre cadentem
Astyanacta parens. Laqueo quin illa supremos
inclusit genitus.

'Marathoniam' dixit virginem, aut per synecdochen pro Attica, aut quia in silva 'Marathonia' ad Icari tumulum eam obiisse ipse opinaretur cf. *Theb.* XI 643 *s.*:

Ismene collapsa super lacrimisque comisque
siccabat plangens: qualis Marathonide silva
flebilis Erigone caesi prope funera patris
questibus absumptis tristem iam solvere nodum
coeperat et fortes ramos moritura legebat:

nisi forte silvam 'Marathoniam' et ipsam per synecdochen vocavit. His igitur Statii testimoniis, si ad carmen restituendum perventum erit, cautius abstinebimus cf. Ross, *Demen p.* 73[31]).

---

[31]) Constat Statium, quae semel pulchre excogitasse orationis narrationisque ornamenta sibi visus est, iis iterum atque saepius uti. Exemplis ab Hauptio l. c. conlectis Erigonen adiungas. — 'Montem Marathonium' Lactantius sibi finxit e Statii versibus *Theb.* XI 643: *Marathon mons Atticae regionis, in quo Icarius est occisus, ad quem locum Erigone filia eius cane praeeunte pervenit et se nimio luctus dolore laqueavit fortioribus ramis electis, ne forte infirmioribus fractis mortem corporis ruina declinaret. Pinus autem, in qua pependit, regionem illam sua umbra vastabat. Ut placaretur exstincta, ora in humanam speciem ipsi formata in eadem arbore suspendebant et pastorum congressibus cantibusque diem illum celebrabant. Quod Vergilius aliud agendo perstrinxit: tibique oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.* Pinus ex loco Vergiliano provenit. Probi nihil in hac congerie vides inesse.

Eandem fabulam Ovidius perstrinxit *Amor.* II 16, 3 *s.*:

Sol licet admoto tellurem sidere findat
et micet Icarii stella proterva canis,
arva pererrantur Paeligna.

Fast. IV 937 *s.*:

Tum mihi 'cur detur sacris nova victima quaeris',
(quaesieram), causam percipe, Flamen ait.
Est canis — Icarium dicunt — quo sidere moto
tosta sitit tellus praecipiturque seges.
Pro cane sidereo canis hic imponitur arae,
et qua re pereat nil nisi nomen habet[32]).

Huic igitur fabulae alter Ovidii locus adsignandus erit *Ibis* 611 *s.*:

Muneribusque tuis laedaris ut Icarus, in quem
intulit armatas ebria turba manus;
quodque dolore necis patriae pia filia fecit,
vincula per laquei fac tibi gutta eat.

Etiam Nux queritur *v.* 117 *s.*:

Quid si non aptas solem mutantibus umbras,
finditur Icario cum cane terra, darem?

quamquam nihil continet, quin ex Ovidii Amoribus iam supra sit propositum.

Panegyricus in Messalam ita ad caelestem Icari respicit familiam *v.* 9 *s.*:

Est nobis voluisse satis, nec munera parva
respueris. Etiam Phoebo gratissima dona
Cres tulit et cunctis Baccho iucundior hospes
Icarus, ut puro testantur sidera caelo
Erigoneque Canisque, neget ne longior aetas.

---

[32]) Similiter Statius suam de Sirio narrationem exorditur *Theb.* I 557 *s.*:

Forsitan o iuvenes quae sint ea sacra quibusque
praecipuum causis Phoebi obtestemur honorem,
rex ait, exquirunt animi; non inscia suasit
religio etc.

⟨cf. *adn.* 128 *s*⟩. Manilium fere vicies Erigonam pro Virginis sidere simpliciter posuisse moneo.

Canem non pro Procyone sed Sirio dictum existimo, quoniam qui eum simul cum Icario et Erigona ad sidera perduceret Bacchus fuit: id quod in hanc quam nunc tractamus mythi formam quadrat, in alteram, quippe quae Iovem catasterismi auctorem praedicet, non item.

Porro Lucianus qui fertur hunc ipsum quem quaerimus poetam acerbe inlusit in *Deorum concilio* LXXIV 5: ⟨.. *ὅτι καὶ δύο γυναῖκας ἀνήγαγε* (Dionysus), *τὴν μὲν ἐρωμένην οὖσαν αὐτοῦ τὴν Ἀριάδνην, ἧς καὶ τὸν στέφανον ἐγκατέλεξε τῷ τῶν ἄστρων χορῷ·*⟩ *τὴν δὲ Ἰκαρίου τοῦ γεωργοῦ θυγατέρα, καὶ ὃ πάντων γελοιότατον, ὦ θεοί, καὶ τὸν κύνα τῆς Ἠριγόνης καὶ τοῦτον ἀνήγαγεν, ὡς μὴ ἀνιῷτο ἡ παῖς, εἰ μὴ ἔξει ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ ξύνηθες ἐκεῖνο καὶ ὅπερ ἠγάπα κυνίδιον· ταῦτα οὐχ ὕβρις ὑμῖν δοκεῖ καὶ παροινία καὶ γέλως;* Cum Bacchus ipse non Iuppiter catasterismos illos effecerit, ad eandem rursus fabulae formam relegamur. — Ad hanc etiam *Deor. dial.* VIII 18, 2 spectare videtur: *σύ μοι δοκεῖς ἐπαινέσασθαι καὶ τὸ εὕρημα αὐτοῦ τὴν ἄμπελον καὶ τὸν οἶνον καὶ ταῦτα ὁρῶν, οἷα οἱ μεθυσθέντες ποιοῦσι σφαλλόμενοι καὶ πρὸς ὕβριν τρεπόμενοι καὶ ὅλως μεμηνότες ὑπὸ τοῦ ποτοῦ· τὸν γὰρ Ἰκάριον, ᾧ πρώτῳ ἔδωκε τὸ κλῆμα, οἱ συμπόται αὐτοὶ διέφθειραν παίοντες ταῖς δικέλλαις. Ib. οἷον δὲ ὁ Ἰκάριος ἔπαθεν, οὐδὲν ἂν ἐργάσαιτο οὐδένα τῶν συμποτῶν,* scil. Bacchus. Idem *de salt.* XXXIII 40 *Ἰκαρίου ἀμπελουργίαν καὶ Ἠριγόνης συμφοράν* in universum commemoravit.

Desinam in Ausonii *epigr.* XXXI. Cum enim Cercidas ⟨*fr.* 2 *Bergk* = Laert. Diog. VI 2, 76⟩ de Diogene Cynico haec dixisset:

οὐ μὰν ὁ πάρος γα Σινωπεύς
τῆνος ὁ βακτροφόρας, διπλοείματος, αἰθεριβόσκας,
ἀλλ' ἀνέβα χῆλος ποτ' ὀδόντας ἐρείσας
καὶ τὸ πνεῦμα συνδακών·
ἧς γὰρ ἀληθέως
Διογένης Ζανὸς γόνος οὐράνιός τε Κύων[33])

accuratius ita catasterismum Ausonius definivit, ut in Sirii locum canem Erigonae sufficeret. Ita igitur Cercidam reddidit:

[33]) Cercidae memoriam suppeditavit Wilamowitzius. Cf. Bernays, *Lucian u. d. Kyniker p.* 92.

Dic canis hic cuius tumulus? Canis. At canis hic quis?
Diogenes. Obiit? Non obiit, sed abit.
Diogenes cui pera penus, cui dolia sedes
ad manes abiit? Cerberus ire vetat.
Quonam igitur? Clari flagrat qua stella Leonis,
additus est iustae nunc Canis Erigonae.

Quodsi exemplis poetae nobilitatem demonstravi, profundum antiquiorum Alexandrinorum de illa catasterismorum serie silentium inde proclive est etsi non prorsus necessarium explicare, quod post eos demum exstitit. At nemo ultra illorum memoriam eum nunc removere audebit.

Fuit vero ante Hegesianactem. Etenim Nigidius cum Deucalionem ab Hegesianacte[34]) pro Aquario haberi commemorasset, ita opposuit 'antiquos' i. e. poetam nostrum: '*Ab antiquis quidem dici Aristaeum Apollinis filium*' e. q. s. ⟨supra *p.* 68⟩. Certe igitur illo recentior erat Hegesianax. — Tria quibus nomen nanciscamur mihi praesto sunt documenta:

1) De Cratere Hyginus post integram 'Catasterismorum' narratiunculam haec scripsit *Astron.* II 40 ⟨= *p.* 191 *Robert.*⟩: *Nonnulli cum Eratosthene eum Cratera esse quo Icarius sit usus, cum hominibus ostenderet vinum.* Locum miro consensu ad suppositam Eratostheni 'Catasterismorum' syllogam reducunt. Quod si verum esset, abicere hoc testimonium cogeremur: sed secus esse rem potest demonstrari. In primis enim monendum est, ex solo Hygino talem quaestionem minime discerni, quoniam non modo ex 'Catasterismis', quos esse credidit Eratosthenis, verum ex 'Erigona' elegia — quo illud de Cratere fragmentum per se non minore iure quam ad 'Catasterismos' possit revocari — nonnulla atque adeo versum servavit. Adsumendi potius ceteri sunt 'Catasterismorum' compilatores, unde quid ibi de hac re scriptum fuerit elucebit: Epitome *p.* 190 *Rob.*: *τούτου δὲ ⟨τοῦ Κόρακος⟩ ἱκανὸν ἀπέχων ἀπὸ τῆς καμπῆς ὁ Κρατὴρ κεῖται ἐγκεκλιμένος πρὸς τὰ γόνατα τῆς Παρθένου.* Eadem in scholiis Germanici BP inveniuntur sed, ut in Epitoma, catalogo stellarum

34) *Schol. German. BP p.* 85, 13—86, 3; *Robert. p.* 222.

inserta, non fabulari libelli parti: iam cur *Παρθένος* simpliciter et non Erigona Virginis sidus vocetur adparet. — Quod vero Hyginus infra III 39, cum Virginis stellas enumeraret, hanc 'Catasterismorum' de Crateris situ observationem mere astronomicam omisit, casu id factum esse potest — ut totiens — aut propterea, quod antea II 40, etsi neque eadem neque indidem deprompta, tamen et similia et satis multa iam scripsisse ipse sibi videretur. Quae res utut se habet, constat ea, quae de Icari Cratere supra adposuimus, in 'Catasterismis' defuisse. Aliunde igitur quae in illis desideraret ascivit. Neque aliter — si exemplis opus est — II 25 ad 'Catasterismos' adiunxit: *Nonnulli eam Erigonen Icari filiam dixerunt, de qua supra diximus:* nam II 4 Hyginum non ex 'Catasterismis' sed aliunde hausisse Cosma conlato, quem p. 7 et 84 *s.* adscripsi, perspicitur.

Ad Eratosthenis 'Erigonam' illam Crateris mentionem pertinere consectarium. Quodsi Eratosthenes vel Craterem Icari, totam eius familiam inter sidera transtulisse censendus est. —

Appendicis instar Etym. Magn. tractabo *s. v.* *αὐροσχάς* ⟨= *fr.* XXX *Hiller.*⟩, ubi pretiosus hic de Erigona exstat articulus: *ἡ ἄμπελος· μέμνηται Παρθένιος ἐν Ἡρακλεῖ· 'αὐροσχάδα βότρυν — Ἰκαριώνης' Ἐρατοσθένης*[35]*) . . . δὲ ἐν Ἐπιθαλαμίῳ τὸ κατὰ βότρυν κλῆμα.* Vitem 'Erigoneam' Meinekius Hauptius Hillerus demirati sunt duabus de causis: primum enim vitem revera non Erigonae sed Icari esse sive Bacchi, deinde ne cum quadam libertate quidem dici illud posse, siquidem Erigone vitem utpote necis paternae causam quam longissime abicere et

---

[35]) *Ἰκαριωνίης* codd. *Ἰκαριωνίνης* Hauptius ⟨*opusc.* III 518⟩ coniectavit Hillerique assensum nactus est. Olim Bergkius *Ἰκαριωνείης* suaserat. Magis mihi commendari videtur *Ἰκαριώνης* eo, quod tradita haec est nominis forma, ceterae non item cf. Maximum Philosophum *ἐν Καταρχαῖς* 288 *s.*:

αὕτως δ' ἣν φορέηται ἐπ' ἀστράσιν Ἰκαριώνης
Παρθένου, ἡσυχίην ἀγέμεν πολὺ λώιον εἴη·

443: *ἢ κούρης ἐπέχοι φιαρὸν δέμας Ἰκαριώνης.*

Ib. 90 de Penelopa agitur Icari filia ⟨'Icariotide' Propert. IV 10⟩:

γημαμένη, οὐδ' εἰ νόον αἴνετον Ἰκαριώνης

Itaque praeplacet *αὐροσχάδα βότρυν — Ἰκαριώνης.* Lacunam qua Epithalamii scriptor excidisset Hillerus post *Ἐρατοσθένης* statuit.

debuisset ex fabulae sententia et secundum testes locupletes reapse abiecisset. Hactenus consentit virorum doctorum trias: in adhibenda medela varias in partes discesserunt. Et Meinekius quidem[36]) gravi corruptela locum laborare ratus ludibunda manu haec duo proposuit:

ἦ ὅ' αὐροσχάδα βότρυν ἀπέστυγεν Ἰκαριώνη
vel ἔνθ' αὐροσχάδα βότρυν ἐπεὶ πόρεν Ἰκαρίωνι·

Hauptius in ipsa re Meinekio obsequitur, nisi quod Ἰκαριωνίνης reposuit:

(μίσημ') αὐροσχάδα βότρυν
Ἰκαριωνίνης·

Denique Hillerus verborum structuram obscuratam librariorum socordia talem fuisse opinatur:

(κούρης δ' ἐν χείρεσσιν ἔθηκ') αὐροσχάδα βότρυν
Ἰκαριωνίνης (καὶ τόδ' ἔλεξεν ἔπος·)

Credit enim hunc versum in fragmentorum ordine ibi esse conlocandum, ubi primum vitem deus hospitibus donaverit. Cui coniecturae vel id obstat, quod Icario non Erigonae deus vitem obtulit, si fides testimoniis. Mihi quoniam neque ex fabulae ratione neque propter ea quae Meinekius et Hauptius congesserunt exempla reicula videtur 'Erigonae vitis', paullo accuratius disputabo.

Testem Maximum Philosophum excitant ἐν Καταρχαῖς 488*s.*:

Ἀστραίη κούρη δὲ πέλει πρὸς ἅπαντα φερίστη
σπέρματα, καὶ δὲ φυτοῖσιν ἐναίσιμος ἔν τε βόθροισιν
βάλλειν ἔρνεα πάντα, τά τε δρυὸς ἄκρα λέγονται·
οἶνας δ' ἐξαλέασθαι, ἐπεὶ στυγέει περίαλλα
Ἰκαρίου κούρη ἐλίνους καὶ ἀδευκέας οἴνας
μνωομένη, ὅσα λυγρὰ Διωνύσοιο ἔκητι
Ἀκταῖοι μήσαντο μέθῃ δεδμημένοι αἰνῇ
Ἰκάριον, καί μιν στυφελαῖς κορύναις ἐδάϊξαν
σφαλλόμενοι δώροισι χοροιμανέος Ἰοβάκχου.

---

[36]) *Analecta Alexandrina p.* 273 *s.*

et Nonnum XLVII 246 s.:

Ζεὺς δὲ πατὴρ ἐλέαιρεν· ἐν ἀστερόεντι δὲ κύκλῳ
Ἠριγόνην στήριξε λεοντείῳ παρὰ νώτῳ·
παρθενικὴ δ' ἄγραυλος ἔχει στάχυν· οὐ γὰρ ἀείρειν
ἤθελεν οἴνοπα βότρυν ἑοῦ γενέταο φονῆα.

256 s.: *καὶ τὰ μὲν ἔπλασε μῦθος Ἀχαικὸς ἠθάδα πειθώ*
ψευδέι συγκεράσας· τὸ δ' ἐτήτυμον· ὑψιμέδων Ζεύς
ψυχὴν Ἠριγόνης ὀταχυώδεος ἀστέρι κούρης
οὐρανίης ἐπένειμεν ὁμόζυγον.

Potest argumentis certissimis ostendi, alteram illam Hygini fabulam, quam priori opponere solet, a Nonno integram esse expressam. Itaque neque duo sed unum exstat documentum et agitur de historiola ab ea de qua loquimur longe diversa.

Porro abhorrere aiunt ab huius fabulae consilio Erigonam 'vitiferam'. Verum cum vel poculum, quo oblato Icarius necatus est a pastoribus, habeat ad genua inclinatum: quin vitem in caelo Virgini relinquamus? — At tenendum est, ad Eratosthenem ex Hilleri coniectura versum referri, cum Parthenium depravatus Etymologi testetur articulus. Neque igitur certi quicquam illo probari potest.

2) Ne manifestum etiam alterius *αἰτίων* hac in fabula generis desit exemplum, ad Excerpti Hyginiani revertor initium, unde tota mea profecta est disputatio. Vel versus qui huc facit ibi ex Erigona elegia adfertur

Ἰκάριοι τόθι πρῶτα περὶ τράγον ὠρχήσαντο

simul cum aetiorum ab hirco deductorum enumeratione. Quae cum ita sint, *ὑπόθεσιν* nunc restitutam Erigonae Eratosthenicae reddendam censeo, de cuius praestantia et auctoritate iudicium ferre licet ex scriptoris *περὶ ὕψους* testimonio *c.* 33: *τί δὲ Ἐρατοσθένης ἐν τῇ Ἠριγόνῃ — διὰ πάντων γὰρ ἀμώμητον τὸ ποιημάτιον — Ἀρχιλόχου πολλὰ καὶ ἀνοικονόμητα παρασύροντος κἀκείνῃ τῇ ἐκβολῇ τοῦ δαιμονίου πνεύματος, ἦν ὑπὸ νόμον τάξαι δύσκολον, ἆρα δὴ μείζων ποιητής*[37]*);*

[37]) De scriptura cf. O. Jahnii editionem et Wilamowitzium (*Hermes* X [1876] *p.* 34 *s.*).

3) Transeo ad falsarium istum, qui Plutarcho saeculo post Chr. altero Parallela minora supposuit. Is cum Saturni et Entoriae amorem comminisceretur, Eratosthenis de Erigona narrationem mente tenuit. Neque enim fabulae tantum genus in universum idem est apud eum atque Catasterismi adduntur simillimi, verum testem habemus perantiquum et probum eum qui libellum denuo redegit grammaticum. Qui et Icarii nomen in orationis conexum inseruit et toti inscripsit historiolae '*ὁ περὶ Ἰκαρίου μῦθος, ᾧ Διόνυσος ἐπεξενώθη· Ἐρατοσθένης ἐν τῇ Ἠριγόνῃ*'. Comparavit igitur idque summo iure fictam falsarii fabellam cum Erigona Eratosthenica. Quod iudicium nos paullo aliter ita conformabimus, ut fere expressam ex Erigona Eratosthenica falsarii narrationem censeamus. Res in aprico erit, modo haec conferas I *p.* 378 *s.* *Duebner: Κρόνος ἐπιξενωθεὶς γεωργῷ, ᾧ ἦν θυγάτηρ καλὴ Ἐντωρία, ταύτην ἐβιάζετο καὶ ἐτέκνωσεν υἱοὺς Ἰάνον Ὕμνον Φαῦστον Φήλικα· δοὺς οὖν τρόπον τῆς τοῦ οἴνου πόσεως καὶ τῆς ἀμπέλου ἠξίωσε καὶ τοῖς γείτοσι μεταδοῦναι· ποιήσαντες δ' αὐτὸ καὶ πιόντες παρὰ τὸ σύνηθες εἰς ὕπνον κατηνέχθησαν βαρύτερον τοῦ δέοντος· οἳ δὲ πεφαρμακῶσθαι δόξαντες λίθοις βαλόντες αὐτὸν* (codd. *Ἰκάριον*) *ἀπέκτειναν· οἱ δὲ θυγατριδοῖ ἀθυμήσαντες βρόχῳ τὸν βίον κατέστρεψαν· λοιμοῦ δὲ κατασχόντος Ῥωμαίους ἔχρησεν ὁ Πύθιος λωφήσειν, ἐὰν ἐξιλάσωνται τοῦ Κρόνου τὴν μῆνιν καὶ τοὺς δαίμονας τῶν ἀνόμως ἀπολομένων· Λουτάτιος δὲ Κάτλος ἀνὴρ τῶν ἐπισήμων κατεσκεύασε τῷ θεῷ τέμενος τὸ κείμενον σύνεγγυς τοῦ Ταρπηίου ὄρους καὶ τὸν ἄνω βωμὸν ἱδρύσατο τετραπρόσωπον ἢ διὰ τοὺς θυγατριδοῦς ἢ ὅτι τετραμερὴς ὁ ἐνιαυτός ἐστι καὶ μῆνα κατέδειξε Ἰανουάριον· ὁ δὲ Κρόνος πάντας κατηστέρισε· καὶ οἳ μὲν καλοῦνται Προτρυγητῆρες· ὁ δὲ Ἰάνος προανατέλλων δείκνυται ἀστὴρ πρὸ τῶν ποδῶν τῆς Παρθένου, ὡς Κριτόλαος ἐν τετάρτῃ Φαινομένων*[38]).

---

[38]) Cf. Plut. *libellus de fluviis ed. Hercher p.* 30 *s.*, 17 *s.* Hillerus *l. c. p.* 113 *s.* Eratosthenis Erigone revera usum esse ipsum falsarium iam coniectavit Wilamowitzius (*Anal. Eurip. p.* 181 *n.* 4). — Ceterum Robertus Pseudoapollodorum, de quo cf. *p.* 71 *s.*, Erigonae Eratosthenicae argumentum exhibere olim *de Apoll. bibl. p.* 88 recte coniecit. Aliter nunc se iudicare confessus est *Erat. Cat. rel. p.* 39 *n.*

Fabellae origo fert, ut nisi aliunde accedit probatio singulis rebus, quae narrantur, nihil omnino credendum sit. Agi enim solummodo de universae historiolae quasi firmamentis et per se perspicitur et monere voluit redactor.

III.

Ut Eratosthenis ita alterius auctoris Hyginiani integram quandam *ὑπόθεσιν* mihi ut reperirem contigit; sed esse hanc quam dico revera *ὑπόθεσιν* demonstrandum est.

Nonni de Erigona narratio Dionysiacorum XLVII 1—264 inserta hunc in modum progreditur: 'Thebis post Penthei necem profectus ad Icarium Bacchus devertit, a quo liberaliter exceptus inter cenam cum Erigona lac caprinum offerret, utres vini plenos donavit donique exposuit virtutem. Sensim ad ebrietatem perductus saltat Icarius et cantat. Tum vitis germine accepto discit quomodo sit utendum: dein iter per Atticam suscipit. Cumque pastoribus vinum dedisset bibendum, alii augescente paullatim ebrietate somno consopiuntur, alii[39]) venenum rati ab Icario oblatum fustibus eum et securibus occidunt, deinde et ipsi obdormiscunt. Experrecti factique conscii lavant occisum et prope rivulum silvestrem inhumant'. Plane omnia haec alteri Hygini fabulae conveniunt. Nova sunt neque alibi tradita quae inde ab 148—214 leguntur:

ψυχὴ δ' Ἰκαρίοιο πανείκελος ἔσσυτο καπνῷ
εἰς δόμον Ἠριγόνης, βροτέῃ δ' ἰσάζετο μορφῇ
κουφον ὀνειρείης σκιερῆς εἴδωλον ὀπωπῆς
ἀνδρὶ νεουτήτῳ πανομοίιον, εἶχε δὲ δειλή
στικτὸν ἀσημάντοιο φόνου κήρυκα χιτῶνα
αἵματι φοινίσσοντα καὶ αὐχμώοντα κονίῃ
ῥωγαλέον πληγῇσιν ἀμοιβαίοιο σιδήρου·

[39]) Nonnus cum dixisset corruisse pastores ebrios pergit:

καὶ χορὸς ἀγρονόμων φονίῳ δεδονημένος οἴστρῳ
τλήμονος Ἰκαρίοιο κατέτρεχε θυιάδι λύσσῃ
οἷά τε φαρμακόεντα χορεσσαμένου δόλον οἴνου.

Necant Icarium et obdormiscunt: alii igitur sunt qui antea ebrii conciderant.

καὶ παλάμας ὤρεξε, νεοσφαγέων δὲ δοκεύειν
ὠτειλὰς μελέων ἐπεδείκνυε γείτονι κούρῃ·
παρθενικὴ δ' ὀλόλυζε φιλοθρήνοις ἐν ὀνείροις,
ὡς ἴδεν ἕλκεα τόσσα καρήατος, ὡς ἴδε δειλή
λύθρον ἐρευθομένοιο νεόρρυτον ἀνθερεῶνος·
καὶ σκιόεις γενέτης ἔπος ἔννεπε πενθάδι κούρῃ·
'ἔγρεο δειλαίη καὶ δίζεο σεῖο τοκῆα·
ἔγρεο καὶ μεθύοντας ἐμοὺς μάστευε φονῆας·
εἰμὶ τεὸς γενέτης βαρυώδυνος, ὃν χάριν οἴνου
ἀγρονόμοι δασπλῆτες ἐδηλήσαντο σιδήρῳ·
ὦ τέκος ὀλβίζω σε· σὺ γὰρ κταμένοιο τοκῆος
οὐ καναχὴν ἤκουσας ἀρασσομένοιο καρήνου
οὐ πολιὴν ἐνόησας ἐρευθομένην ὑπὸ λύθρῳ,
οὐ νέκυν ἀρτιδάϊκτον ἐπισπαίροντα κονίῃ·
πατροφόνους κορύνας οὐκ ἔδρακες· ἀλλά σε δαίμων
ἔκτοθι πατρὸς ἔρυκε, τεὴν δ' ἐφύλαξεν ὀπωπήν,
μὴ μόρον ἀθρήσειε δαϊζομένου γενετῆρος·
αἵματι πορφύροντας ἐμοὺς σκοπίαζε χιτῶνας·
χθιζὰ γὰρ οἰνωθέντες ἀμοιβαίοισι κυπέλλοις
ἀγρονόμοι βλύζοντες ἀήθεος ἰκμάδα Βάκχου
ἀμφ' ἐμὲ κυκλώσαντο· δαϊζόμενος δὲ σιδήρῳ
μηλονόμους ἐκάλεσσα, καὶ οὐκ ἤκουσαν ἰωήν.
μούνη δ' ὑστερόφωνος ἐμὸν κτύπον ἔκλυεν Ἠχώ
θρήνοις ἀντιτύποισι τεὸν στενάχουσα τοκῆα·
οὐκέτι κουφίζουσα καλαύροπα μεσσόθεν ὕλης
εἰς νομὸν ἀνθεμόεντα καὶ εἰς λειμῶνας ἱκάνεις,
σὴν ἀγέλην βόσκουσα σὺν ἀγραύλῳ γενετῆρι·
οὐκέτι δενδροκόμοιο τεῆς ψαύουσα μακέλλης
κῆπον ἐς εὐώδινα φέρεις ἀμαρήιον ὕδωρ·
ἀλλὰ μελιρραθάμιγγος ἐμῆς ἀκόρητος ὀπώρης
κλαῖε τεὸν γενέτην με δεδουπότα· καί σε νοήσω
ὀρφανικὴν ζώουσαν ἀπειρήτην ὑμεναίων'.
ὣς φαμένη πτερόεσσα παρέδραμεν ὄψις ὀνείρου·
κούρη δ' ἐγρομένη ῥοδέας ἤμυξε παρειάς
πενθαλέοις δ' ὀνύχεσσιν ἀκαμπέας ἔξεσε μαζούς,
καὶ δολιχῆς προθέλυμνον ἀνέσπασε βότρυν ἐθείρης,

καὶ βόας ἀθρήσασα παρισταμένους τινὶ πέτρῃ
παρθένος ἀχνυμένη κινυρῇ βρυχήσατο φωνῇ·
'πῇ νέκυς Ἰκαρίοιο, φίλαι φθέγξασθε κολῶναι·
πότμον ἐμοῦ γενετῆρος ἐθήμονες εἴπατε ταῦροι·
πατρὸς ἐμοῦ κταμένοιο τίνες γεγάασι φονῆες;
πῇ μοι ἐμὸς γενέτης γλυκὺς οἴχεται; ἦ ῥα διδάσκων
γείτονα καλλιφύτοιο νέους ὄρπηκας ὀπώρης
πλάζεται ἀγρονόμοισι παρήμενος, ἤ τινι βούτῃ
δενδροκόμῳ παρέμιμνε συνέστιος εἰλαπινάζων;
εἴπατε μυρομένῃ, καὶ τλήσομαι, εἰσόκεν ἔλθῃ.
εἰ μὲν ἔτι ζώει γενέτης ἐμός, ἔρνεα κήπου
ἀρδεύσω παλίνορσος ἅμα ζώουσα τοκῆι·
εἰ δὲ πατὴρ τέθνηκε καὶ οὐκέτι δένδρα φυτεύει,
ἀθρήσω μόρον ἶσον ἐπὶ φθιμένῳ γενετῆρι.'
ὣς φαμένη ταχύγουνος ἀνέδραμεν εἰς ῥάχιν ὕλης
ἴχνια μαστεύουσα νεοσφαγέος γενετῆρος·
οὐδέ οἱ εἰρομένῃ θρασὺς αἰπόλος, οὐ παρὰ λόχμαις
παρθένον οἰκτείρων ἀγεληκόμος ἔννεπε βούτης
ἴχνιον ἀστήρικτον ἀκηρύκτοιο τοκῆος,
οὐ νέκυν Ἰκαρίοιο γέρων ἐπεδείκνυε ποιμήν,
ἀλλὰ μάτην ἀλάλητο· μόγις δέ μιν εὗρεν ἅλωεύς,
καὶ κινυροῖς στομάτεσσι δυσάγγελον ἴαχε φωνήν,
καὶ τάφον ἐγγὺς ἔδειξε νεοδμήτοιο τοκῆος.

Ipse Icarius Erigonae per somnum nuntiat caedem, tumulum rusticus puellae clamore tandem advocatus ostendit: nihil omnino canis agit. Inde est quod ne comes quidem exsistit Icari terram peragrantis, sed cum Erigona demum domo proficiscitur cf. *v.* 219 *s.*:

Ἠριγόνῃ δὲ κύων ὁμόφοιτος ἐχέφρων
κνυζηθμῷ γοόωντι συνέστιχε πενθάδι κούρῃ
καί οἱ ὀδυρομένῃ συνοδύρετο.

Exspectandum igitur erit, non Sirium — is enim agere aliquid ferocitati suae consimile debebat etiam in terris — sed, si canem sidereum, Procyonem ab huius fabulae auctore postea suo loco introductum iri.

Ut ad singula transeam, adparet trium narrationum Homericarum similitudo: somnium dico Agamemnoni a Iove missum, Patrocli *εἴδωλον* Achilli visum[40]), Ulixis cum Elpenore apud inferos colloquium. Virginis querelae Alexandrinum habent saporem, conferas modo 'Bionis Epitaphium' *v.* 1 *s.*:

> *αἴλινά μοι στοναχεῖτε νάπαι καὶ Δώριον ὕδωρ,*
> *καὶ ποταμοὶ κλαίοιτε τὸν ἱμερόεντα Βίωνα·*
> *νῦν φυτά μοι μύρεσθε καὶ ἄλσεα νῦν γοάοισθε,*
> *ἄνθεα νῦν στυγνοῖσιν ἀποπνείοιτε κορύμβοις.*

Et ne tauri neve rupes montanae desiderentur, cf. *v.* 23 *s.*:

> *ὦρεα δ' ἐστὶν ἄφωνα καὶ αἱ βόες αἱ ποτὶ ταύροις*
> *πλασσόμεναι γοάοντι καὶ οὐκ ἐθέλοντι νέμεσθαι.*

Etiam 'Epitaphium Adonidis' et Herculem Hylam quaerentem[41]) cum Erigona Nonniana possis comparare. Ergo haec Nonnus suis coloribus depinxit, nec plus quam fabulae fundamentum sine aliis rationibus ex illo repetere licet.

Iam patrem pia deplorat filia lacrimis et dolore confecta, denique in arbore sese laqueo suspendit. Ibidem canis manet bestias arcens et viatoribus corpus commonstrans praetereuntibus, ut sepeliant. Ipsi fodiendo adfuit canis, tumulum custodivit erectum, donec maerore exhaustus decederet. Tum ita Nonnus procedit 246 *s.*:

---

[40]) *Ψ* 65 *s.* Ex hoc loco Homerico Nonnum ipsum Icarium finxisse Erigonae per somnum adparentem olim credidi: tamen inveniuntur gravia quaedam discrimina, velut non ut sepeliatur — quod voluit Patroclus — sed ut cum filia rei ignara mortem communicet adparet Icarius. Deinde quadrat hoc artificium in totum narrationis Nonnianae consilium, quippe quae pro Sirio Procyonem inducat ⟨cf. *p.* 103.⟩ — Singula imitationis Homericae non nego vestigia, velut *Ψ* 100 *s.*:

> *... ψυχὴ δὲ κατὰ χθονὸς ἠύτε καπνός*
> *ᾤχετο τετριγυῖα*

cf. Nonnum *l. c.* 148 *s.*:

> *ψυχὴ δ' Ἰκαρίοιο πανείκελος ἠύτε καπνός*
> *ἐς νομὸν Ἠριγόνης κατεβήσετο·*

[41]) Apoll. Rhod. I 1207 *s.*

Ζεὺς δὲ πατὴρ ἐλέαιρεν· ἐν ἀστερόεντι δὲ κύκλῳ
Ἠριγόνην στήριξε λεοντείῳ παρὰ νώτῳ·
Παρθενικὴ δ' ἄγραυλος ἔχει στάχυν· οὐ γὰρ ἀείρειν
ἤθελεν οἴνοπα βότρυν ἑοῦ γενέταο φονῆα·
Ἰκάριον δὲ γέροντα συνήλυδα γείτονι κούρῃ
εἰς πόλον ἀστερόφοιτον ἄγων ὀνόμηνε Βοώτην
φαιδρὸν ἀμαξαίης ἐπαφώμενον Ἀρκάδος Ἄρκτου,
καὶ κύνα μαρμαίροντα καταΐσσοντα Λαγωοῦ
ἔμπυρον ἄστρον ἔθηκεν, ὅπῃ περὶ κύκλον Ὀλύμπου
ποντιὰς ἀστερόεντι τύπῳ ναυτίλλεται ὁλκάς·
καὶ τὰ μὲν ἔπλασε μῦθος Ἀχαιικὸς ἠθάδα πειθώ
ψευδέι συγκεράσας· τὸ δ' ἐτήτυμον· ὑψιμέδων Ζεύς
ψυχὴν Ἠριγόνης σταχυώδεος ἀστέρι κούρης
οὐρανίης ἐπένειμεν ὁμόζυγον, αἰθερίου δέ
ἄγχι Κυνὸς Κύνα θῆκεν ὁμοίιον εἶδεϊ μορφῆς,
Σείριον ὃν καλέουσιν ὀπωρινόν· Ἰκαρίου δέ
ψυχὴν ἠερόφοιτον ἐπεξείνωσε Βοώτῃ·

Verum est quod Nonnus eam quam *ἠθάδα πειθώ* dicit non esse Graecam contendit. Aegyptiorum[42]) enim hac de re opinionis meminit Panopolitanus, de qua Plutarchum sufficit *de Iside et Osiride c.* 21 contulisse: *οὐ μόνον δὲ τούτων οἱ ἱερεῖς λέγουσιν ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων θεῶν, ὅσοι μὴ ἀγέννητοι μηδ' ἄφθαρτοι, τὰ μὲν σώματα παρ' αὐτοῖς κεῖσθαι καμόντα καὶ θεραπεύεσθαι, τὰς δὲ ψυχὰς ἐν οὐρανῷ λάμπειν ἄστρα καὶ καλεῖσθαι Κύνα μὲν τὴν Ἴσιδος ὑφ' Ἑλλήνων, ὑπ' Αἰγυπτίων δὲ Σῶθιν, Ὡρίωνα δὲ τὴν Ὥρου, τὴν δὲ Τυφῶνος Ἄρκτον.*

Haec leviora. Gravius est quod de Icario Arateam quandam immiscuit memoriam:

ὀνόμηνε Βοώτην
φαιδρὸν ἁμαξαίης ἐπαφώμενον Ἀρκάδος Ἄρκτου

cf. Arat. *v.* 92 *s.*: *τόν ῥ' ἄνδρες ἐπικλείουσι Βοώτην,*
οὕνεχ' ἁμαξαίης ἐπαφώμενος εἴδεται Ἄρκτου:

---

42) Eandem tripartitionem (*σῶμα, εἴδωλον, ψυχή*) interpolati Necyae de Hercule Attico versus λ 601—603 referunt. Cf. schol. l. c. ⟨Nitzsch, *Anmerkungen l. c.*⟩.

'Arcadem' cum diceret Ursam, ad Callistus fabulam docte relegavit, non aliter atque in *hymno in Iovem v.* 40 *s.* Callimachus:

παλαιότατον δέ μιν ὕδωρ
νίωνοὶ πίνουσι Λυκαονίης Ἄρκτοιο.

Item ex Arato Nonnus quae de Lepore[43]) Maeram — *κύνα μαρμαίροντα*[44]) — fugiente protulit mutuatus est *v.* 338 *s.*:

ποσσὶν δ' Ὠαρίωνος ὑπ' ἀμφοτέροισι Λαγωός
ἐμμενὲς ἴματα πάντα διώκεται· αὐτὰρ ὄγ' αἰεί
Σείριος ἐξόπιθεν φέρεται μετιόντι ἐοικώς·
καί οἱ ἐπαντέλλει καί μιν κατιόντα διώκει·

Argus denique situs etiam apud Aratum ex Sirii positione definitur *v.* 351 *s.*:

καί οἱ πηδάλιον κεχαλασμένον ἑστήρικται
ποσσὶν ὑπ' οὐραίοισι Κυνὸς προπάροιθεν ἰόντος.

Quae cum ita sint, omnia de Sirio quae attulit ex Arati carmine desumpsit. Magni hanc facio notitiam, siquidem ita gravis quaedam quae videtur huius loci difficultas facile tollitur. Licet enim nunc simpliciter removere Sirium Arateum, quoniam ex fabulae consilio Procyon postulatur, ut vidimus. Iam vel obiter hosce Nonni versus perlegenti 269 *s.*:

αἰθερίου δέ
ἄγχι Κυνὸς Κύνα θῆκεν ὁμοίιον εἴδεϊ μορφῆς,
Σείριον ὃν καλέουσιν ὀπωρινόν:

---

[43]) Indidem sunt quae de Sirio XXXVIII 336 habet:

καὶ ἠθάδος ἀντὶ λαγωοῦ
Σείριος αἰθαλόεις ἑδράξατο διψάδος Ἄρκτου·

[44]) 'Maeram' bene novit velut XLIII 168 *s.*:

ἀμαιμακέτῳ δὲ ῥεέθρῳ
Ὠκεανὸς πυρόεντα λελουμένον ἀστέρα Μαίρης,
Ληναίης προκέλευθον ἀκοιμήτοιο χορείης,
Σείριον ἀμπελόεντα μεταστήσειεν Ὀλύμπου·

cf. V 200. 269. XVI 200 al.

peccatum Nonni erit apertum, quippe qui *τὸν Κύνα αἰθέριον* esse Sirium ignorans, quasi *ὁ Προκύων* ante Sirium ⟨*τὸν Κύνα*⟩ in caelo exstitisset, loquatur. Tantas turbas imitatio Aratea Nonno paravit: nam verbis *ἄγχι Κυνὸς Κύνα θῆκεν ὁμοίιον εἴδεϊ μορφῆς* genuinam et huic fabulae unice aptam de Procyone prope Sirium conlocato prodi sententiam quis est quin intellegat?[45])

Finem fabulae hic Nonnus imposuit: quid occisoribus acciderit, quid cives ad placandam Icari et Erigonae iram instituerint dissimulavit. Ut poenas interfectores subierint cum narrationis ratio flagitet, tum in scholiis Germanici — de quibus paullo antea disserui *p.* 79 *s.* — et alibi commemoratur. Hinc probabile ne stragem quidem virginum Atticarum ab auctore Nonniano fuisse praetermissam, quoniam hoc demum incitamento ad sontium supplicia cives compelluntur. Quocum *αἰωρῶν* institutio arcte cohaeret, quia puellas laqueis suspensas illae imitantur. Contra de Aristaeo Ceisque cum fabula Attica coniunctis ut par est neque hoc loco nec sicubi alias eorum mentionem inicit quicquam habet compertum[46]).

Nunc componenda quae aliunde de Nonni auctore adsequimur indicia.

1. Ex Procyonis mentione post Eratosthenem, qui Sirium in Icari fabulam primus induxerat, eum concludo scripsisse. Ut enim Sirium ibi revera ante Procyonem exstitisse ostendam, in eo possim acquiescere, quod Hyginus antiquiorem auctorem secutus haec de eo protulit II *p.* 96 *Bunte*, *p.* 193 *Robert.*: *Sed iisdem historiis quibus superior canis adnumeratur:* adeo nulla Procyon excellit nobilitate, ut nusquam proprium nec solemnem in fabulari historia sedem obtinuerit. Fuere qui Orioni eum

---

[45]) Conferenda sunt quae de Sirio idem Nonnus scripsit XVI 200 *s.*:

μετὰ Σείριον ἀστέρα Μαίρης
αἰθέρος ἄστρον ἄγω σε καὶ ἀστερόεντα τελέσσω
ἄγχι Κυνὸς προτέρου, σταφυλὴν ἵνα καὶ σὺ πεπαίνῃς
βότρυος εἰλείθυιαν ἀκοντίζων σέθεν αἴγλην.
τίς φθόνος ἀντέλλειν τρίτατον Κύνα; καὶ σὺ φαείνοις
σύνδρομος ἀστερόεντος ἑπειγομένοιο Λαγωοῦ.

[46]) XIII 275 *s.*: ⟨ex Apollonio Rhodio⟩.

adsignarent, 'quia ad capiendos lepores sive in omni venandi studio exercitatus exstitisset'[47]). At Orionem in omnium populorum memoria Sirius comitatur venatorem ferocem canis eadem insignis ferocitate. Accedit aliud. Singulare enim in Erigonae Icarique catasterismis artificium praestitit qui primus haec omnia descripsit. Facile cum Boote Icarius comparatur plaustrum agens, cum Virgine spicifera Erigone vitem manu tenens: animi quasi motus, qui illis videntur inesse sideribus, non minus tacitum Erigonae luctum quam saevum Icari furorem imitantur. Quae ne credas illum fugisse auctorem, leguntur haec apud Ampelium II 6: *Icarius autem Arcturus nominatus est, cuius stella cum exoritur continuas tempestates facit.* Erigonae autem maerori quam egregie Virginis convenit sidus, quod prae dolore caput tanto opere obvolvisse dicitur, ut illud omnino non adpareat![48]) Exspectandum igitur, eum qui cetera tam apte omnia elegit ac disposuit, etiam in Canis persona certam probamque rationem spectasse. Iam haec reputa: Procyon neque in terris agit quicquam — nisi quod moritur — neque in astris efficere existimatur. Contra Sirius non modo in Eratosthenis elegia eo fungitur munere, ut domini caedem furibundo ululatu cum Erigona communicet ipsamque dentibus vesti iniectis ad Icari corpus perducat, verum in caelo saevire adeo semper est creditus, ut ad ortum eius matutinum intolerabilis caloris aestivi initium homines referant, velut est apud Homerum *X* 28

λαμπρότατος μὲν ὅγ' ἐστι, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται.

Itaque Sirium ante Procyonem in Icari fabula canis negotio praefuisse arbitror.

2. 'De sideribus' eum quem quaerimus scriptorem dedita opera egisse quam maxime est probabile. Cur Sirium quaeso ex fabula removit substituitque Procyonem, nisi alii cuidam catasterismo (Orionis crederes) Sirium iam destinaverat? Ultro

[47]) Verba sunt scholiorum Sangermanensium *p.* 181, 23 *Breysig* ⟨*p.* 193 *Robert*⟩.

[48]) Ad idem fere redit *Catast.* IX *p.* 84: *οἳ δὲ Τύχην ⟨αὐτὴν λέγουσι⟩· διὸ ἀκέφαλον αὐτὴν σχηματίζουσιν.*

tum ad Procyonem devenit, quandoquidem carere cane ne in caelo quidem Erigona debuit. — Quodsi Aquarium idem ex Aristaei fabula non explicavit, illius quoque sidus alii cuidam familiae reservatum fuisse haud inepta est coniectura.

3. Heroas Atticos praesertim in caelo illum indagasse ex ipsis Icari Erigonaeque personis manifestum.

4. De Hermippo cogitare non licet, quippe qui repudiata Icari familia Philomelum in Boote indagaverit, in Plaustro maiore aratrum eius a bubus duobus tractum[49]).

Contra in Hegesianactem omnia simul quadrant quae enumeravi indicia. Quid? Quod Aquarium pro Deucalione Attico Hegesianax habuit? Quod vel Triptolemum fata Icari gemella Sophoclis secutus tragoediam caelo idem nobilitavit?[50]) Nisi igitur fallor, Hegesianactem tenemus Erigonae Eratosthenicae redactorem.

---

[49]) Hygin. *Astr.* II 4 *p.* 38.

[50]) *Ib. p.* 70. Robert *p.* 222.

ΗΡΙΓΟΝΗ [51]).

I.

Intrat Bacchus apud Icarium. Unde eum Eratosthenes arcessiverit, utrum defatigatum et solum an satyrorum choro circumdatum in fragmentis reticetur. Nam versum quem ex elegia Stephanus Byzantius s. v. *ἄστυ* ⟨= *fr.* XXVI *Hiller.*⟩ adfert: *λέγεται ἄστυ καὶ ὁ δῆμος, ὡς Ἐρατοσθένης ἐν Ἠριγόνῃ·*

εἰσότε [52]) *δὴ Θορικοῦ καλὸν ἵκανεν ἔδος·*

ὅτι δὲ δῆμος Θορικός, δῆλον: non liquet quo pertineat, quamquam Hillerus ad Bacchum rettulit Thoricum adpellentem [53]). Cum enim alter de quo non minus apte dici potuerit Icarius ipse inveniatur pagos Atticos peragrans, rem ita non diiudicari posse patet. Adde quod Bacchus alibi dicitur [54]) Thebis post Penthei mortem profugus ad Icarium devertisse. Optio igitur inter Thebas et Thoricum data est. Quodsi idonea causa cur Icarius Thori-

[51]) In enarrando Erigonae argumento rem ita plerumque institui, ut testes supra compositos tacite adhiberem. — Icarum pro Icario dixisse arbitror Eratosthenem propter *τὸ Ἰκάριον ὄρος* et *Ἰκάριοι p.* 60. Favet coniecturae etiam *Ἰκαριώνη* supra *p.* 92 et *Ἰναχιώνη* Callim. *Dian.* 254 ab *Ἴναχος* formata al. Nonnus suum auctorem secutus *Ἰκάριος* praetulit. Tollitur hac ratione etiam iusta Hilleri offensio *p.* 106. — Icariam ad vicum *Καράν* sub Hymettum situm Pittaces et Osannus ⟨*Verh. d. Cassler Phil.-Vers. p.* 26⟩ vel ob nominum similitudinem rettulerunt. Accedit quod ibidem tituli nonnulli Icariensium inventi sunt cf. *Ἐφημ. ἀρχ.* 1378. *C. I. G.* I *p.* 501. Quod formam „*Ἰκάριος*“ inveniri in titulis pronuntiavit Milchhöfer *Text zum Atlas von Attica* II *p.* 28 *s.*, mero errori tribuendum est. — Icarium montem Hymetti partem fuisse hinc et ex iis, quae *p.* 81 s. disputavi, licet suspicari.

[52]) De scriptura cf. *Hiller. p.* 91.

[53]) Cf. *hymn. in Cer. hom.* 125 *s.*

[54]) *Nonn.* XLVI 369. *Schol. Ar. Equ.* 697 *ὡς γὰρ Δημήτηρ τὰς τροφάς, οὕτω καὶ Διόνυσος Ἰκαρίῳ φιλοξενίας ἔδωκε δῶρον, ὅτι φιλοφρόνως αὐτὸν ὑπεδέξατο τὴν ὕβριν φεύγοντα τοῦ Πενθέως.* Hinc *schol. Aristidis Pan. p.* 26 *Frommel.* — Pherecydes (*schol.* Σ 486) nymphis Dodonaeis (= Hyadibus) comitibus Bacchum cui vinum daret refert quaesiisse: *αὗται θρέψασαι τὸν Διόνυσον περιῆεσαν σὺν αὐτῷ τὴν εὑρεθεῖσαν ἄμπελον ὑπὸ τοῦ θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις χαριζόμεναι.* Secuntur Lycurgi insidiae.

cum attigerit excogitari ex fabulae ratione potest, Baccho Thebae erunt relinquendae. Et hoc quidem infra loco suo ostendam; nolo nunc advenam deserere.

Intrat ex Penthei insidiis nondum recreatus, credo sine comitibus, ut apud Hegesianactem, certe non cum multis, quippe qui in pauperem Icari casam recipi non potuissent. Confestim senem persensisse puto aliquid divinae potestatis, velut apud Nonnum *v.* 37 *s.*:

ἀγραύλοις δὲ πόδεσσι γέρων ἐχόρευεν ἀλωεύς
ἀθρήσας Διόννσον ἐπήλυδα.

Advenam invitat, secum ut remaneat et cenam praeparaturus in camino ignem accendit. Quo spectat *fr.* XXVII *Hiller.* ⟨= *schol. Dionys. Thr. p.* 654⟩: *ἐκ τούτου* (verbo *αὔνω*) *αὐνὸς καὶ βαυνός, ὅπερ κοινῶς μὲν ὀξύνεται, Ἀττικῶς δὲ βαρύνεται· σημαίνει δὲ τὴν κάμινον, ὡς παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει·*

I *μέσσον δ' ἐξαύσατο βαυνόν·*
ἤγουν ὑφῆνεν·

'Locum conicias de Icario dictum esse, qui cum hiberno tempore Bacchus ad se venisset, ut hospitaliter illum acciperet, ignem accendit' ⟨scil. frigoris causa⟩ adnotat Bergkius ⟨*Analecta Alexandrina* II *p.* 17⟩. At aestate venit Bacchus: quo de paullo post accuratius dicendum est. Itaque ad parandam cenam ignem Icarius accendit. Quid coxerit ex Plinio ⟨*N. H.* XXII 86 = *fr.* XXVIII⟩, quem ad Erigonam iure reducunt, concludere licet: *Scolymum quoque in cibos recepit oriens et alio nomine limoniam adpellavit. Frutex est nunquam cubitali altior cristis*
II *foliorum ac radice nigra sed dulci, Eratostheni quoque laudata in pauperi cena.*

Etiam alios cibos deo Icarium adposuisse suspicor[55]); carnem non credo, quia 'pauperem' eius cenam praeter Plinium ex Eratosthenis carmine laudat Panegyricus in Messalam *v.* 7 *s.* ⟨supra *p.* 91⟩:

Est nobis voluisse satis; nec munera parva
respueris. Etiam Phoebo gratissima dona

[55]) De reliquo cenae adparatu, de quo possit cogitari, cf. Naekii Hecalen (*op.* II *p.* 133 *s.*)

Cres tulit et cunctis Baccho iucundior hospes
Icarus etc.

Conferatur etiam Nonnus *v.* 37 *s.*:

καλλιφύτων δέ
κοίρανον ἡμερίδων ὀλίγῃ ξείνισσε τραπέζῃ.

Edere incipiunt deus et homo. Cum lac adferret Erigona, intercedit Bacchus et utres vini plenos producit, Nonnus 40 *s.*:

Ἠριγόνη δ' ἐκέρασσεν ἀφυσσομένη γλάγος αἰγῶν·
ἀλλά ἑ Βάκχος ἔρυκε, φιλοστόργῳ δὲ γεραίῳ
ὤπασε λυσιπόνοιο μέθης ἐγκύμονας ἀσκούς.

Etiam craterem donasse Bacchum inde conligo, quod postea inter sidera 'Icari poculum' conlocatum est. Qua re Nonni testimonium *v.* 43 *s.* confirmatur:

δεξιτερῇ εὐοδμον ἔχων δέπας ἡδέος οἴνου
ὤρεγεν Ἰκαρίῳ, φιλίῳ δ' ἡσπάζετο μύθῳ[56]).

Icario propinat. Qui ubi primum degustavit, vini et suavitatem et vim collaudare debuit et interrogare, quid sibi 'purpurea illa aqua' vellet, cur tam esset dulcis odora efficax, unde proveniret: ita etiam ex satyris in Sophoclis 'Dionysiaco' ⟨*fr.* 175 *Nauck*⟩ quaeritur:

πόθεν ποτ' ἄλυπον ὦδε
εὗρον ἄνθος ἀνίας;

Talem in conexum quadrat Eratosthenis de potu per pulmonem transeunti versiculus *fr.* XXIX ⟨= *Plutarch. conv. disp. p.* 699 *a*⟩:

πάρες δὲ καὶ τὸν κομψὸν Ἐρατοσθένην λέγοντα·
καὶ βαθὺν ἀκρήτῳ πνεύμονα τεγγόμενος, III

scil. Icarius.

Consentaneum est respondisse deum, uvarum illum esse liquorem, et virtutes eius vitiaque explanasse. Qui si immodice hauritur, homines inflammat et mente privat *fr.* XXXIV ⟨= *Athen.* II *p.* 36 *e*⟩ *κατὰ δὲ τὸν Κυρηναῖον ποιητήν·*

οἶνός τοι πυρὶ ἶσον ἔχει μένος, εὖτ' ἂν ἐς ἄνδρας
ἔλθῃ· κυμαίνει δ' οἷα Λίβυσσαν ἅλα

[56]) Conferatur Execiae pictura vascularis qua Bacchus conspicitur cantharum vitisque germina tradens Oenopioni Chio in amphora musei Britannici no. 554.

IV *βορέης ἠὲ νότος· τὰ δὲ καὶ κεκρυμμένα φαίνει*
βυσσόθεν· ἐκ δ' ἀνδρῶν πάντ' ἐτίναξε νόον[57]).

Adfirmat cum Bergkio Hillerus, poetam hos versus post caedem Icari ab ebriis perpetratam quasi ipsum esse locutum. Tale quid num fecerit in illa elegia incertum, certum vel ex fabulae indole, Icario Bacchum quomodo vino utendum esset monstrasse. Huic igitur loco, quo aptiorem equidem non invenio, cum Osanno versus inserui.

Vinum si modice bibitur et aqua mixtum — ita pergentem mihi fingo deum — mortalibus nihil est salubrius, ad laetitiam excitandam nihil utilius: Nonn. 53 *s.*:

οἰνοτόκοι δέ
βότρυες ἀνδρομέης παιήονές εἰσιν ἀνίης.

Vix unum seni poculum satisfecit; Nonno Icarium ad extremam ebrietatem sensim processisse placuit. Bibunt igitur, pocula replet Erigona: Nonn. *v.* 58 *s.*:

καὶ πίεν ἄλλο μετ' ἄλλο γέρων φυτοεργὸς ἀλωεύς
οἴστρον ἔχων ἀκόρητον ἐϋρραθάμιγγος ἐέρσης·
κούρη δ' ἀντὶ γάλακτος ἀφυσσαμένη χύσιν οἴνου
ὤρεγε χειρὶ κύπελλον, ἕως ἐμέθυσσε τοκῆα.

Bibisse et ipsam Erigonam ex Ovidii *Metam.* VI 125 conclusit Otto Jahnius ⟨*Arch. Beitr. p.* 206 *n.*⟩, ubi inter puellas a diis dilectas Erigonae mentio ita inicitur:

Liber ut Erigonen falsa deceperit uva ...

At altera obfertur explicatio aliquanto probabilior, de qua statim disseram. Ab Eratosthene haec mutuatum esse Ovidium inde verisimile, quod solam Eratosthenis fabellam solet respicere, cuius rei documenta iam supra attuli.

Hospitii liberalitatem ut remuneretur, ducit extra casam ad vitem maturis uvis scatentem, uvam monstrat et obfert gustandam: ita haec ὑποθέσεως verba '(Icario) *propter iustitiam et pietatem existimatur Liber vinum et vitem et uvam tradidisse*' interpretari licebit.

Athenienses cum uvam degustarent, Baccho festum agebant,

---

[57]) Cf. *Panyas. apud Athen.* II *p.* 37 *e*, *Cypria ib.*, *Theogn. v.* 491 *s.*, al.

quod quoniam brevi ante vindemiam celebrabatur *Προτρύγαια* dictum est. Eratosthenes cum primam uvam gustandi occasionem in elegia illa enarraret, simul Protrygaeorum *αἴτιον* indidem derivasse putandus est. Amplius progredior. Exstat enim splendida supra dextram Virginis alam stella antiquitus[58]) *Προτρύγαιος* vel *Προτρυγητήρ* vocata: *πρὸ γὰρ τῆς τοῦ τρυγητοῦ ὥρας ὀλίγον προανατέλλει*[59]). Qui si aestate in caelo mane exoritur — quem ortum dicunt mundanum — vindemiam proxime suscipiendam esse Graeci credebant[60]). Scitu autem dignum est, ab Arato[61]) Hipparcho[62]) Gemino[63]) extra Virginis figuram Protrygeterem per se solum conlocari, cum in 'Catasterismis' Virgini iam adiunctus sit[64]). Ab Eratosthene, qui quam plurima

---

[58]) Iam ante Euctemonem Metonis aequalem, de quo cf. Gemin. *χρόνοι ζῳδίων* ⟨*Petavii Uranologium p.* 65⟩ *τὴν δὲ Παρθένον διαπορεύεται ὁ Ἥλιος ἐν ἡμέραις λ̄ ... ἐν δὲ τῇ ῑ̄ ἡμέρᾳ Εὐκτήμονι Προτρυγητὴρ φαίνεται, ἐπιτέλλει δὲ καὶ Ἀρκτοῦρος κτλ.*

[59]) *Schol. ad Arat. v.* 137.

[60]) *Hes. Opp. v.* 607 *s.*:

εὖτ' ἂν δ' Ὠαρίων καὶ Σείριος ἐς μέσον ἔλθῃ
οὐρανόν, Ἀρκτοῦρον δ' ἐσίδῃ ῥοδοδάκτυλος Ἠώς,
ὦ Πέρση, τότε πάντας ἀπόδρεπε οἶκαδε βότρυς.

Adnotat Proclus: *ἐν τούτῳ δ' οὖν τῷ καιρῷ, ὅς ἐστιν Ἡλίου ζυγὸν μετελθόντος καὶ τῆς Παρθένου ἑῴας ἀνισχούσης, ᾗ παρανατέλλει ὁ Ἀρκτοῦρος, κελεύει τοὺς βότρυς τέμνειν· καὶ γὰρ ὁ Προτρυγητὴρ καλούμενος ἕως τότε γίνεται ἐκφανής.*

[61]) *Arat. v.* 137 *s.*:

τὴν δ' ὑπὲρ ἀμφοτέρων ὤμων εἰλίσσεται ἀστὴρ
τόσσος μὲν μεγέθει, τοίῃ δ' ἐγκείμενος αἴγλῃ
ὅσσος καὶ μεγάλης οἰρὴν ὑποφαίνεται Ἄρκτου.

Post v. 137 in Marciano hic legitur versus

δεξιτερῇ πτέρυγι· Προτρυγητὴρ δ' αὖτε καλεῖται·

Iure eiciunt editores, quia orationis turbat conexum.

[62]) *Τῆς Παρθένου ἀρχομένης ἀνατέλλειν ὅ τε Κύων ἀνατέταλκε καὶ ἡ πρύμνα τῆς Ἀργοῦς· μεσουρανεῖ δὲ τῶν ἄλλων ἀστέρων ὅ τε Προτρυγητὴρ καὶ τῆς Παρθένου ὁ δεξιὸς ὦμος.*

[63]) *Cap.* II *ὁ δὲ παρὰ τὴν δεξιὰν τῆς Παρθένου πτέρυγα κείμενος λαμπρὸς ἀστερίσκος Προτρυγητὴρ ὀνομάζεται.*

[64]) *P.* 84 *Robert*: *ὃ δ' ἐν τῇ δεξιᾷ πτέρυγι μεταξὺ τοῦ τε ὤμου καὶ τοῦ ἄκρου τῆς πτέρυγος Προτρυγητὴρ καλεῖται.* Ex 'Catasterismis' vel ex eorum commentario Arateo saec. I—II interpolationem *adn.* 61 indicatam provenisse ipsa verborum docet similitudo.

sidera ex[65]) fabula Icariensium Bacchica explicare studeret, qui Erigonam uviferam proxime ad Protrygeterem indagaret, postulandum paene est, ut stellam illam — cuius et nomine et credita a Graecis natura ultro invitabatur — cum Erigonae catasterismo coniunxerit. Iam 'Dionysi Protrygaei' cui Protrygaea Attici agebant quis est quin statim meminerit? Quid plura: deum ipsum in stella illa Eratosthenes investigavit. Neque id quidem inepte. Nam non modo planetas ex Graecorum opinione dii occupabant, verum inter ipsa sidera fixa sibi sedem eligere non dedignabantur. Iuppiter aegre evitatis Saturni insidiis simul cum nutricibus ad caelum se transtulit — *τὸ σχῆμα κατηστέρισεν* — nutrices in Ursas teste Aglaosthene Naxio[66]) se ipsum in Draconem convertens. Cererem — vel Isin vel Fortunam vel Atargatin[67]) — ad Virginem, Anubin ad Sirium rettulerunt astronomi[68]). Nec neglegendum est, quam praeclare in comparanda et cum diis[69]) et cum mortalibus[70]) stellarum natura ipse pater Homerus praeiverit[71]). Iam ad falsarium istum qui Plutarchi auctoritatem ementitur redeundum. Testantem audimus quae nobis videmur excogitasse probabiliter. Novisse hominem constat 'Erigonen': confirmat stellam Protrygeterem, nisi quod crassa Minerva ut solet exaggerando quattuor Protrygeteres pro uno comminiscitur '*ὁ δὲ Κρόνος πάντας κατηστέρισε· καὶ οἳ μὲν καλοῦνται Προτρυγητῆρες*'.

---

65) *Robert. p.* 223: *Si quis poetarum Alexandrinorum in sideribus interpretandis lusus penitus cognoverit, is non unum tantum sed complura siderum simul ex tali fabula explicari solere non ignorat.* Res ita est et ita tenenda.

66) *Catast.* III *p.* 62 *R; ib. p.* 25 *s.*

67) *Supra p.* 86.

68) *Avien.* 282 *s.* ⟨cl. *Catast.* IX *p.* 84⟩, *schol. Apollon. Rhod.* II 517.

69) De Venere cf. *Δ* 475 *s.*:

οἷον δ' ἀστέρα ἧκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω
ἢ ναύτῃσι τέρας ἠὲ στρατῷ εὐρέι λαῶν
λαμπρόν· τοῦ δέ τε πολλοὶ ἀπὸ σπινθῆρες ἵενται·
τῷ εἰκυῖ' ἤιξεν ἐπὶ χθόνα Παλλὰς Ἀθήνη.

70) Achillem cum Sirio comparavit X 25 *s.*, Astyanactem cum 'stella formosa' (*ἐναλίγκιον ἀστέρι καλῷ*) *Z* 401.

71) Etiam Plato, cuius dogmata Eratosthenes *ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Πλατωνικῷ* ⟨*p.* 168 *s. Bernhardy*⟩. respexit, stellas deos dixit *Leg.* X *p.* 886 *s.* XII *p.* 967 *s.*

Duo igitur *αἴτια* ex uva gustata repetivisse Eratosthenes mihi videtur, festum Protrygaeorum diem et stellam Protrygeterem. Quae si recte disserui, aestate mense Boëdromio[72]) Bacchus diversatus esse apud Icarium fingitur.

De Protrygaeorum institutione plane eadem atque Eratosthenes Tyrii narrasse perhibentur ab Achille Tatio ⟨*τῶν περὶ Λευκίππην καὶ Κλειτοφῶντα* II 2, *p.* 58 *Hercher*⟩. Neque aliter ea quae antecessissent de cive quodam Tyrio Tyrii illi praedicabant. Pauperi enim pastori — qui nomine caret — Bacchum propter hospitalitatem inter cenam donasse vinum, postea in horto casae adiacenti uvam ostendisse et obtulisse gustandam: unde *αἴτιον* Protrygaeorum repetendum esse. Nec satis: etiam de exornanda fabula 'Tyrii' vel in minutissimis certant cum Eratosthene, et tantum abest, hoc ut fugerit Achillem, ut veritus, ne quis notae narrationis Atticae cum ignota Tyria similitudinem demiretur, statim in initio 'ad Athenienses a Tyriis transiisse fabulam' admoneat: vel potius ad Eratosthenem, qui stella Protrygetere permotus ut vidimus Protrygaeorum causam elegiae suae inseruit. Aut igitur Eratosthenes revera Tyriorum mythum expressit aut Eratosthenis narratiunculam — quam sese dicit novisse: *οἷον τὸν Ἰκάριον Ἀθηναῖοι λέγουσιν* — ad Tyrios transtulisse Achilles est censendus. Quaestio proposita ex huius generis scriptorum more diiudicatur, qui inventa Alexandrina potissimum ita solent usurpare, ut simul ad reconditas et mirificas origines revocent. Et profecto obscuravit quidem Achilles Tatius elegantiam lususque poetae Alexandrini minime tamen sustulit: id quod statim erit perspectum, postquam caput illud adscripsero:

⟨*Καὶ ἄρτι ἐπέπαυτο τῶν κιθαρισμάτων· καὶ πάλιν τοῦ δείπνου καιρὸς ἦν· ἦν γὰρ ἑορτὴ Προτρυγαίου Διονύσου τότε· τὸν γὰρ Διόνυσον Τύριοι νομίζουσιν ἑαυτῶν, ἐπεὶ καὶ τὸν Κάδμου μῦθον ᾄδουσιν· καὶ τῆς ἑορτῆς διηγοῦνται πατέρα μῦθον· οἶνον οὐκ εἶναί ποτε παρ' ἀνθρώποις οὐ τὸν μέλανα, τὸν ἀνθοσμίαν, οὐ τὸν τῆς Βιβλίνης ἄμπελον, οὐ τὸν Μάρωνος τὸν Θρᾴκιον, οὐ τὸν*

[72]) A. Mommsen., *Heortologie tab.* II.

Χῖον τὸν ἐκ Λακαίνης, οὐ τὸν Ἰκάρου τὸν νησιώτην, ἀλλὰ τούτους μὲν ἅπαντας ἀποίκους εἶναι Τυρίων ἀμπέλων⟩· τὴν δὲ πρώτην παρ' αὐτοῖς φῦναι τῶν οἴνων μητέρα· εἶναι γὰρ ἐκεῖ φιλόξενόν τινα βουκόλον, οἷον τὸν Ἰκάριον Ἀθηναῖοι λέγουσι, καὶ τοῦτον ἐνταῦθα τοῦ μύθου γενέσθαι πατέρα [ὅσον Ἀττικὸν εἶναι δοκεῖν]· ἐπὶ τοῦτον ἥκειν ὁ Διόνυσος τὸν βουκόλον· ὃ δ' αὐτῷ παρατίθησιν, ὅσα γῆ φέρει καὶ ἅμαξα βοῶν· ποτὸν δ' ἦν παρ' αὐτοῖς, οἷον καὶ ὁ βοῦς ἔπινεν· οὔπω γὰρ τὸ ἀμπέλινον ἦν· ὁ Διόνυσος ἐπαινεῖ τῆς φιλοφροσύνης τὸν βουκόλον καὶ αὐτῷ προπίνει κύλικα φιλοτησίαν· τὸ δὲ ποτὸν οἶνος ἦν· ὃ δὲ πιὼν

⟨καὶ βαθὺν ἀκρήτῳ πνεύμονα τεγγόμενος⟩

ὑφ' ἡδονῆς βακχεύεται καὶ λέγει πρὸς τὸν θεόν· πόθεν, ὦ ξένε, σοι τὸ ὕδωρ τοῦτο τὸ πορφυροῦν; [πόθεν οὕτως εὖρες αἷμα γλυκύ;] οὐ γάρ ἐστιν ἐκεῖνο τὸ χαμαὶ ῥέον· τὸ μὲν γὰρ εἰς τὰ στέρνα καταβαίνει καὶ λεπτὴν ἔχει τὴν ἡδονήν, τοῦτο δὲ καὶ πρὸ τοῦ στόματος τὰς ῥῖνας εὐφραίνει· καὶ θιγόντι μὲν ψυχρόν ἐστιν, εἰς τὴν γαστέρα δὲ καταθορὸν ἀνάπτει κάτωθεν πῦρ ἡδονῆς· καὶ ὁ Διόνυσος ἔφη· τοῦτ' ἐστὶν ὀπώρας ὕδωρ [τοῦτ' ἐστὶν αἷμα βοτρύων]·

⟨οἶνός τοι πυρὶ ἶσον ἔχει μένος, εὖτ' ἂν ἐς ἄνδρας
ἔλθῃ· κυμαίνει δ' οἷα Λίβυσσαν ἄλα
βορέης ἠὲ νότος· τὰ δὲ καὶ κεκρυμμένα φαίνει
βυσσόθεν· ἐκ δ' ἀνδρῶν πάντ' ἐτίναξε νόον⟩.

ἄγει πρὸς τὴν ἄμπελον ὁ θεὸς τὸν βουκόλον καὶ τῶν βοτρύων λαβὼν ἅμα καὶ θλίβων καὶ δεικνὺς τὴν ἄμπελον, τοῦτο μέν ἐστιν ἔφη τὸ ὕδωρ, τοῦτο δ' ἡ πηγή. Ὁ μὲν οὖν οὕτως εἰς ἀνθρώπους παρῆλθεν, ὡς ὁ Τυρίων λόγος[73]).

---

[73]) Subsecuntur haec apud Achillem: *ἑορτὴν δ' ἄγουσιν ἐκείνην τὴν μέραν ἐκείνῳ τῷ θεῷ· φιλοτιμούμενος οὖν ὁ πατὴρ τά τ' ἄλλα παρασκευάσας εἰς τὸ δεῖπνον ἔτυχε πολυτελέστατα καὶ κρατῆρα παρέθηκε τὸν ἱερὸν τοῦ θεοῦ μετὰ τὸν Γλαύκου τοῦ Χίου δεύτερον· Ὑάλου μὲν τὸ πᾶν ἔργον ὀρωρυγμένης· κύκλῳ δ' αὐτὸν ἄμπελοι περιέστεφον ἀπὸ τοῦ κρατῆρος πεφυτευμέναι· οἱ δὲ βότρυες πάντῃ περικεκραμένοι· ὄμφαξ μὲν αὐτῶν ἕκαστος, ὅσον ἦν κενὸς ὁ κρατήρ· ἐὰν δὲ ἐγχέῃς οἶνον, κατὰ μικρὸν ὁ βότρυς ὑποπερκάζεται καὶ σταφυλὴν τὴν ὄμφακα ποιεῖ· Διόνυσος δ' ἐντετύπωται τῶν βοτρύων, ἵνα τὴν ἄμπελον γεωργῇ κτλ.* Crater divinus redit apud Nonnum *v.* 127 *ἐπισπαίρων δὲ τραπέζῃ | τύψε μέθης κρητῆρα.*

Postquam uvam Icario obtulit, ostendit quomodo nasceretur. Sevit igitur cum eo, sata coluit per omnes incrementi gradus, dum ad maturitatem perduxisset:

Nonn. 65*s.*: *ἀγρονόμῳ δὲ γέροντι φυτηκόμος ὤπασε δαίμων*
κλήματα βοτρυόεντα φιλεύια δῶρα τραπέζης·
καί μιν ἄναξ ἐδίδαξεν ἀεξιφύτῳ τινὶ τέχνῃ
κλάσσαι βοθριάσαι τε βαλεῖν τ' ἐνὶ κλήματα γύροις.

Denique imperat, ut ad ceteros homines haec omnia propaget:

Hygin. *l. c.*: *Icario propter iustitiam et pietatem existimatur* V
Liber pater vinum et vitem et uvam tradidisse, ut ostenderet hominibus, quomodo sereretur et quid ex eo nasceretur, et cum esset natum, quomodo id uti oporteret.

His peractis — si testium silentio fides habenda — Bacchus iamiam refectus discessit.

II.

Icarius quod modo didicisset usu ipse experturus colere vineam coepit. *Qui cum sevisset vitem et diligentissime administrando floridam facile fecisset, dicitur hircus in vineam se coniecisse et quae ibi tenerrima folia videret decerpsisse. Quo* VI *facto Icarium irato animo tulisse eumque interfecisse et ex pelle eius utrem fecisse ac vento plenum praeligasse et in medium proiecisse suosque sodales circum eum saltare coegisse. Itaque Eratosthenes ait*:

Ἰκάριοι τόθι πρῶτα περὶ τράγον ὠρχήσαντο.

Tria aetia hac Hygini narratione continentur: primum cur Baccho hircus immoletur, deinde Ascoliorum origo, quae Choum diebus celebrabantur Athenis[74]); tertium versus ille complectitur, quocum ex praecedentibus nihil nisi verba '*suosque sodales circum eum* ⟨scil. 'hircum', non 'utrem'⟩ *saltare coegisse*' coniungenda sunt: nam confudisse Hyginum illud '*περὶ τράγον ὀρχεῖσθαι*'

[74]) *Suid. s. v. ἀσκωλιασμός· . . . ἐτίθετο δὲ ἀσκὸς μέγας πεφυσημένος ἐν τῇ τῶν Χοῶν ἑορτῇ, ἐφ' οὗ τοὺς πίνοντας πρὸς ἀγῶνας ἑστάναι· τὸν προπιόντα δὲ ὡς νικήσαντα λαμβάνειν ἀσκόν* ⟨ex Didymo cf. *schol. Aristoph. Plut. v.* 1129⟩. *Alciphron.* III 51. *A. Mommsen, Heortologie p.* 364 *n.* 361 *n.*

et 'per utrem vento praeligatum saltare' supra *p.* 61 *s.* exposui. Hoc ascoliasmum, illud chori saltationem tragicam indicat, cui ipse praeest Icarius tanquam choregus, qui sodales saltare iubet.

Adparet circa hircum — altari admotum sed nondum mactatum — prius esse saltatum quam circa utrem immolato detractum. Quodsi post Ascoliorum originem illud posuit Hyginus, ipsius neglegentiae hoc tribuendum[75]). Quid? si Eratosthenes quartum quoddam addidit αἴτιον ex hirco deductum? si 'vilem ob hircum' iam tunc Icarienses certaverunt? Mihi quidem hoc propterea constat, quia cum tribus illis aetiis Eratosthenicis illud quod dixi quartum a Vergilio ita coniungitur *Georg.* II 370 *s.*:

Texendae saepes etiam et pecus omne tenendum,
praecipue dum frons tenera imprudensque laborum;
cui super indignas hiemes solemque potentem
silvestres uri assidue capreaeque sequaces
illudunt, pascuntur oves avidaeque iuvencae.
Frigora nec tantum cana concreta pruina
aut gravis incumbens scopulis arentibus aestas,
quantum illi nocuere greges durique venenum
dentis et ad morsum signata in stirpe circatrix.
Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
caeditur et veteres ineunt proscenia ludi[76]).

---

[75]) Facilior mihi haec ratio videtur quam Hilleri, qui et ipse quidem turbatum ab Hygino putat orationis conexum, verum non ex vicinia sed longe versum illum arcessit ex prooemio elegiae, ubi accuratius Eratosthenem de ludorum scenicorum origine et incrementis egisse coniectat: ortos esse illos Ἰκαριοῖ, τόθι πρῶτα περὶ τράγον ὠρχήσαντο, dein ad ceteros Atticos perductos. At num elegia tale exordium habuerit incertum, certum ex ipso illo versiculo, ex hirci audacia αἴτιον tragoediae derivasse Eratosthenem. Suo igitur loco narrationem illam mihi videor reddidisse. — Ceterum similem in modum *Tibullus* I 7, 34 *s.* e vino et saltationem solemnem et musicam deducit. — Etiam *Vergilius Georg.* II 393 *s.* conferatur:

Ergo rite suum Baccho dicemus honorem
carminibus patriis, lancesque et liba feremus,
et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram,
pinguiaque in veribus torrebimus exta colurnis.

[76]) *Schol. ad. h. l.: Dionysia antiquissima enim, quae confecta vindemia faciebant.*

Praemiaque ingeniis pagos et compita circum
Thesidae posuere atque inter pocula laeti
mollibus in pratis unctos saluere per utres[77]).

Idem ex Varrone tradidit Diomedes III 487 *Keil.: Tragoedia ut quidam a τράγῳ et ᾠδῇ dicta est, quoniam olim actoribus tragicis τράγος i. e. hircus praemium cantus proponebatur, qui Liberalibus die festo Libero patri ob hoc ipsum immolabatur, quia, ut ait Varro, depascit vitem* (cf. *Hermes* 1883 *p.* 340). Quamquam iam a Leonida Tarentino[78]) descripta erat illa hirci audacia, tamen eam ante Eratosthenem aut ad Icari vineam transiisse aut omnino cum tragoediae ortu cohaesisse testimoniis probari nequit. Nam Porphyrius *de abst.* II 10 *αἶγα δ' ἐν Ἰκαρίᾳ τῆς Ἀττικῆς ἐχειρώσαντο πρῶτον, ὅτι ἄμπελον ἀπέθρισεν* ad Theophrasti 'de pietate' librum cur referatur, causam Robertus monuit[79]) non esse idoneam.

Paullatim uvae maturescunt, vindemia instituitur, eratque occasio ex vindemiantium vel ex vindemia feriantium laetitia usuum festorumque causas derivare[80]). Comoediam, quae iuxta tragoediam deposcitur, fere spondeo, cum praesertim ut Thespis ita Susario, comoediae qui fertur inventor, Icariam iam sat antiquo tempore ab Atheniensibus traductus sit[81]). Iam qui lasciviam comoediae ad primam Icariensium vindemiam revocatam traderet, auctor Athenaei exstitit II *p.* 40ᵃ *s.: ἀπὸ μέθης καὶ ἡ τῆς κωμῳδίας καὶ ἡ τῆς τραγῳδίας εὕρεσις ἐν Ἰκαρίᾳ τῆς Ἀττικῆς*

---

77) Totus a Vergilii descriptione pendet Euanthius rhetor ⟨*Terentii comoediae ed. Venetiis* 1608 *p.* 3 *s.*⟩.

78) *Anthol. Pal.* IX 90. De asino vitem depascenti cf. *Paus.* II 38, 3.

79) *Catast. p.* 7 *n. Bernays, Theophrast über die Frömmigkeit p.* 61. *Dilthey, Annali d. I.* 1876 *p.* 294 *s.*

80) Cf. *Tibull.* I 7, 39 *s.*:

Bacchus et agricolae magno confecta labore
pectora tristitiae dissoluenda dedit.

81) Cf. *marmor Parium ep.* 54—55 *ἄρχοντος Ἀθήνησι Δαμασίου τοῦ δευτέρου, ἀφ' οὗ ἐν Ἀθήναις κωμῳδῶν χορὸς εὑρέθη στησάντων αὐτὸν τῶν Ἰκαριέων εὑρόντος Σουσαρίωνος καὶ ἄθλον ἐτέθη πρῶτον ἰσχάδων ἄρσιχος καὶ οἴνου ἀμφορεύς. Clemens Alex., Strom. p.* 308 *Potter. κωμῳδίαν δὲ Σουσαρίων ὁ Ἰκαριεὺς (ηὗρεν).*

εὑρέθη καὶ κατ' αὐτὸν τὸν τῆς τρύγης καιρόν· ἀφ' οὗ δὴ καὶ τρυγῳδία τὸ πρῶτον ἐκλήθη. Singulare nec traditum alibi illud τρυγῳδίας veriloquium. A faecibus faciei inlitis vel a vino novo quod τρύγα adpellabant τρυγῳδίαν repetunt antiqui[82]) aut de tragoedia nomen usurpant: quorum utrumque de industria evitavit qui ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν τῆς τρύγης καιρὸν γενέσθαι illud derivare maluit. Itaque habes lusum aetii qui auctorem, habes 'Erigonam' Eratosthenis quae talem quendam lusum desiderat: ex illa ignotum Athenaei auctorem prompsisse non inepte possit coniectari[83]).

III.

His rebus peractis iter Atticum a deo imperatum Icarius suscipit, utres vino refertos pampinosque quos propagaret plaustro imponit; quapropter Βοώτης — boum agitator — in caelo nominatur[84]). Patet igitur Eratosthenem simul cum plaustro

---

[82]) Cf. περὶ κωμῳδίας III 7 *s.* ⟨*Duebner.*⟩: τὴν αὐτὴν δὲ (comoediam) καὶ τρυγῳδίαν φασὶ διὰ τὸ τοῖς εὐδοκιμοῦσιν ἐπὶ τῷ Ληναίῳ γλεῦκος δίδοσθαι, ὅπερ ἐκάλουν τρύγα· ἢ ὅτι μήπω προσωπείων ηὑρημένων τρυγὶ διαχρίοντες τὰ πρόσωπα ὑπεκρίνοντο.

[83]) Recipiunt inter fragmenta Erigonae locum de amictu quodam Dionysiaco: qui si iure ad Erigonam refertur vix potuit alibi atque in ludorum descriptione memorari. *Hesych. s. v.* ἄγρηνον ⟨= *fr.* XXXII⟩ δικτυοειδές, ὃ περιτίθενται οἱ βακχεύοντες Διονύσῳ· Ἐρατοσθένης δὲ αὐτὸ καλεῖ γρῆνυν ἢ γρῆνον· *Etym. Magn. s. v.* ἄγρηνον· ποικίλον· ἐρεοῦν· δικτυοειδές· καὶ ἔνδυμα ποιόν· Tamen cum Hillero fatendum, nullam videri causam, cur in libris 'de antiqua comoedia' tale quid tractatum esse negetur. Itaque satius duxi fragmento ut incerto abstinuisse.

[84]) Cf. supra *p.* 61. *Hygin. l. c. Schol. Od.* ε 272 ὁ Βοώτης καὶ Ἀρκτοφύλαξ καλεῖται· καὶ δοκεῖ εἶναι ὁ Ἰκάριος· Βοώτης δὲ λέγεται . . . ἐπεὶ ὁ Ἰκάριος ἐπὶ ἁμαξῶν παρεκόμιζε τὸν οἶνον. Etymologia haec vulgaris, velut apud *Manilium* I 323 *s.*:

A tergo nitet Arctophylax idemque Bootes,
quod stimulis iunctis instat de more iuvencis.

Avien. 257 *s.*:

Arctophylax, sive ut veteres cecinere Bootes,
et licet instanti similis similisque minanti etc.

Cf. *Varro L. L.* VI 4; *Gellius* II 21; *Festus s. v. Septentriones; Ideler, Sternnamen* ⟨*Berlin* 1809⟩ *p.* 6.

boves in Ursae maioris sidere constituisse, ut est apud Hyginum II 2 *p.* 32, 8 *s.*: *Plaustrum nominaverunt, quod ex septem stellis duae, quae pares et maxime in uno loco viderentur, pro bubus haberentur, reliquae autem quinque figuram plaustri similarent: itaque et quod proximum huic est signum Booten nominari voluerunt, de quo posterius plura dicemus* ⟨scil. II 4⟩[85]). Icarium canis Maera nomine comitatur proficiscentem. Longius iter, quod iusserat Bacchus, reapse fecisse illum supra monui *p.* 63; conicias eos potissimum per pagos, qui aut ob vini praestantiam excellerent aut consimilibus Icariensi fabulis sive de Bacchi adventu seu de aliis quae huc faciunt rebus celebres essent. Est enim ea et historicorum et poetarum id temporis ratio, ut fabulis nobilioribus per complura loca dispersis certam quandam originem firmamque sedem adsignent, unde profectae ad ceteros homines transierint[86]). Velut Semachidae ad pagi sui eponymum quondam devertisse Bacchum et vinum donasse gloriabantur[87]). Dionysiorum inventionem sibi Acharnenses quoque vindicabant[88]). Oenoae vel nomine commendabantur. — Urbem attigisse Icarium non credo, ne Eleutheras quidem, quoniam harum utraque suam habet historiam a pagis separatam[89]).

---

[85]) Hermippus, ut *Βοώτην* probabiliter derivaret, Plaustrum caeleste pro aratro a duobus bubus tracto venditavit cf. *Hygin.* II 4 *p.* 38.

[86]) In promptu est Demetrii Scepsii de Sibylla Erythraea narratio ⟨*de Sibyllarum indicibus p.* 17⟩; Callimachi de Iovis patria versiculi ⟨*hymn. in Iov.* 1 *s.*⟩; fragmentum *hymni in Bacchum homerici* XXXIV *v.* 1—7 al.

[87]) *Steph. Byz. s. v.* *Σημαχίδαι· δῆμος Ἀττικὸς ἀπὸ Σημάχου, ᾧ καὶ ταῖς θυγατράσιν ἐπεξενώθη Διόνυσος, ἀφ' ὧν αἱ ἱέρειαι αὐτοῦ . . . Φιλόχορος δὲ τῆς Ἐπαχρίας φησὶ τὸν δῆμον.* Unam Semachi filiam testatur Eusebius *chron.* I *p.* 30: *κατὰ Ἀμφικτυόνα τὸν Δευκαλίωνος υἱόν τινές φασι Διόνυσον εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐλθόντα ξενωθῆναι Σημάχῳ καὶ τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ νεβρίδα δωρήσασθαι· ἕτερος δ' ἦν οὗτος τοῦ ἐκ Σεμέλης.* Icarius ad Pandionis regnum refertur ab *Apollodoro bibl.* III 14, 7.

[88]) *Schol. Stat. Theb.* XII 623:

quaeque rudes thyrsos hederis vestitis Acharnae]
hoc in loco primum Dionysia et inventa et celebrata dicuntur.

Cf. *Pausan.* I 31, 6.

[89]) Philochorus ⟨*fr.* 18 *M.* = *Athen.* II 38 c⟩ Amphictyoni tradidit vinum donasse Dionysum. Praecesserat Pegasi Eleutherensis cum deo adventus, de

Unum pagum posse indicari arbitror, ubi Icarius paulisper remanserit. Redeo enim ad versum Eratosthenis a Stephano Byzantio servatum, quem supra *p.* 105 *s.* nolui conficere: *εἰσότε δὴ*
VII *Θοϱικοῦ καλὸν ἴκανεν ἔδος.* Dixi optionem inter Icarium et Bacchum dari quis Thoricum venisset quaerenti: de Erigona cogitari iam vetuit Hillerus. Quodsi probabile est, ea potissimum loca adiisse Icarium, quibus similes sive fabulae sive personae fabulares florerent: Thoricum reputa Orionis Attici esse patriam, Cephalum dico venatorem, de quo egregie ita disputavit Robertus *p.* 244 *n.*: *In transcursu moneo Cephalum nihil aliud esse quam Orionem Atticum. Nimirum ut ille hic quoque ab Aurora rapitur, ex qua cum Phosphorum genuisse dicatur, totam fabulam in stellarum ortu occasuque niti manifestum fit. Accedit quod Cephalo non secus quam Orioni canis est immortalis, quem ad Sirium iam veteres mythographi rectissime rettulerunt*[90]). Quodsi Eratosthenes cur etiam Thorici canis caelestis — idemque Sirius — nobilitaretur explicare voluit, Icarium cum Maera sua Thoricum deducere paene debuit.

Tradit igitur ille rusticis Atticis vinum et vitem ac docere incipit, quae a deo ipse erat edoctus. Quidam cum immoderatius bibissent, venenum rati sese accepisse senem furibundi occidunt; deinde num obdormierint incertum est, certum, mente sensim recuperata permotos animi conscientia corpus in puteum proiecisse: unde *αἴτιον* evenit usitatissimum, quod in aquae impuritate ver-

---

quo Atthidographus *Pausaniae* I 2, 5 *ἐνταῦθα*, inquit, *καὶ Πήγασός ἐστιν Ἐλευθερεύς, ὃς Ἀθηναίοις τὸν θεὸν εἰσήγαγεν· συνελάβετο δέ οἱ τὸ ἐν Δελφοῖς μαντεῖον ἀναμνῆσαν τὴν ἐπὶ Ἰκαρίου ποτὲ ἐπιδημίαν τοῦ θεοῦ* ⟨cf. I 20, 3. 38, 8⟩.

[90]) *Schol.* λ 321. *Antonin. Liber. c.* 41. *Apollod.* II 4, 7. *Paus.* I 37, 6. Cephali et Erigonae canes *Martialis in Lydiae canis epitaphio v.* 3 *s.* coniunxit:

Lydia dicebar domino fidissima dextro:
quis non Erigonae mallet habere canem?
Nec qui Dictaea Cephalum de gente secutus
Luciferae pariter venit ad astra deae?

Hesychius s. v. *Κεφαλίδαι* gentem Cephalidas nominat, quae utrum Athenis an Thorici habitaverint an utrobique, non liquet, etsi secus videtur Bursiano (*Geographie von Gricchenland* I *p.* 354).

satur explicanda[91]). Etiam canem Icari constanti latratu perterruisse latrones crediderim, velut est in alio quodam Eratosthenis poemate, quod de Hesiodi morte scripsit[92]). Profugi ex Attica ad Ceorum regem Aristaeum Apollinis ex Cyrena filium perveniunt, a quo recepti domicilia sibi in insula constituerunt.

IV.

Interim domi sedet Erigona timore ne quid patri diutius quam exspectandum erat absenti acciderit percussa. Certum fortasse dierum numerum Icarius proficiscens filiae indixerat, quo dilapso esset rediturus. Innuit hoc Hyginus *l. c.*: *Neque enim puella timida suspicari debebat, nisi patrem interfectum, qui tot dies ac menses abesset.* Cum iam in eo esset, ut patris vestigia persequeretur, canis subito adcurrit ululando calamitatem significans. Virginem dentibus vesti iniectis ad puteum, ubi insepultus iacebat Icarius, perduxit. Quem simul ut vidit, dolore primum paene exhausta ex puteo removit, remotum in Hymettum montem transtulit: quorum neutrum sine auxilio alieno puella perficere valuit — pastorem Nonnianum putares clamore virginis advocatum subvenisse. Huic loco Icarii montis aetion, si probabilem supra *p.* 82. 105 periclitatus sum coniecturam, erat inserendum. Tumulo igitur patri erecto morteque decreta Erigone cum rogasset a diis, ut eadem qua ipsa nece virgines Atticae interirent, nisi caedes Icari foret vindicata: laqueo in eadem arbore sub qua Icarium condiderat sese suspendit.

Canis remanet dominorum custos, bestias arcet, praetereuntes latrando arcessit: ita enim apud Nonnum fabula decurrit (nisi quod Procyonem suum non facit latrantem) nec videtur variasse Eratosthenes, cf. *v.* 229 *s.*:

Οὐδὲ κύων ἀφύλακτον ἐρημάδα κάλλιπε κούρην,
ἀλλὰ φυτῷ παρέμιμνεν ἐπήλυδα θῆρα διώκων

---

[91]) Cf. *Pausan.* V 5, 8—11 (de Anigro Triphyliae).
[92]) *Anterinnys fr.* XXIV p. 90 *Hiller.*

πάρδαλιν ἠὲ λέοντα· παρερχομένοισι δ' ὀδίταις
νεύμασιν ἀφθόγγοις ἐπεδείκνυεν ἄζυγα κούρην
δεσμοῖς ἀγχονίοισι περίπλοκον ὑψόθι δένδρου.
οἳ δέ μιν οἰκτείροντες ἀνήϊον εἰς φυτὸν ὕλης
ἴχνεσιν ἀκροβάτοισιν· ἀπ' εὐπετάλων δὲ κορύμβων
παρθενικὴν ἀδμῆτα κατήγαγον· ἀγχιφανῆ δέ
γαῖαν ἐκοιλαίνοντο πεδοσκαφέεσσι μακέλλαις·
τοῖς ἅμα καὶ πεπόνητο κύων πινυτόφρονι θυμῷ,
πενθαλέῳ δ' ἐβάθυνε πέδον τεχνήμονι ταρσῷ
θηγαλέοις ὀνύχεσσι χυτῆς χθονὸς ἄκρα χαράσσων·
καὶ νέκυν ἀρτιδάικτον ἐπεκτερέιξαν ὀδῖται·
καὶ ξινῆς μεθέπων ὑποκάρδιον ὄγκον ἀνίης
εἰς ἑὸν ἔργον ἕκαστος ἀνέδραμεν ὀξέι ταρσῷ·
αὐτὰρ ὃ μοῦνος ἔμιμνε κύων παρὰ γείτονι τύμβῳ κτέ.

Cum diutius alimentis abstinuisset nec reprimere sitim amplius posset, aquam anhelans in puteum se proiecit ibique decessit. Ita factum, ut postea puteus ille ob gustum aquae insuavem diffamatus Ἄνιγρος vocaretur[93]).

Iam catasterismi erant describendi. Icarium Bacchus in Bootis sidere constituit, 'quod exoriens spurcissimas tempestates mari terraque efficit, quod meminit sibi pro beneficio exitium fuisse a mortalibus'. Icario Plaustrum addidit bubus duobus iunctum. Ad Virginem 'vitiferam' verba Etym. Magn. s. v. *αὐροσχάδα βότρυν* — *Ἰκαριώνης* rettuli *p.* 92 *s.*, quae verba de eximio stellae — spicam quam nos dicimus — splendore facile intelleguntur. Fieri etiam potest, ut versus Ovidianus *Met.* VI 125

Liber ut Erigonen falsa deceperit uva

cum uva caelesti aliquo vinculo cohaereat: illud quale sit nescio. Virginis igitur sidus occupavit Erigona tranquillo quasi luctu nobile: iterum cum sideris natura fabulae congruit consilium. In Sirium Maera est conversa, quae ob domini necem saeviens 'quando exoritur summam pestilentiam mortalibus portat'. Cra-

[93]) *Pausan.* VIII 19, 25 fontem quendam a furore Siriaco sanantem dicit in Cynaethensium finibus fuisse. Neque id quidem fortuitum: nam *κύναιθα* ad ardorem Sirii ultro relegat cf. *O. Müller, Prolegomena zu einer wissenschaftl. Mythologie p.* 195 *n.*

terem ad genua Erigonae inclinavit[94]), denique se ipsum — vel potius τὸ σχῆμα — ad Protrygeterem stellam traduxit atque ita vel in caelo Protrygaeorum memoriam resuscitavit[95]).

V.

Quod moribunda adprecata erat Erigona, evenit. Cum interfectores impune laterent, virgines Atticas conspecto Erigonae corpore (cf. Sophocles *Oed. rex* 1263 *s.*) furore correptas ad laqueos Bacchus compulit. Consulentibus Apollo 'satisfacerent Erigonae' respondit. Itaque αἰώρας invenere, quibus Erigonam arbore pendentem honoris causa imitarentur. Id ἀλήτιδος adpellabant, quia cum cane multum antequam periret vagata esset Erigona.

VI.

Canis exoriens aestu Ceorum insulam devastare, cives morbo adficere coepit, quod latrones recepissent. Calamitatem ut averteret Aristaeus rex patrem consuluit Apollinem, qui respondit 'expiarent Icari necem' — idque et hostiis sat multis et latronum supplicio praestiterunt — deinde a Iove peterent, ut quotiens Sirius in caelo adpareret ventos mitteret boreales: ita Aristaei precibus a Iove concessi αἰτησίαι, quos dictos ἀπὸ τοῦ εἶναι 'ἐξητημένους' lusit Eratosthenes ⟨cf. *p.* 68⟩.

Alterum vel potius tertium aetion accedit, quod ex tali narratione explicare non dico poterat, sed ubi primum rem ipsam attigit poeta praesertim Alexandrinus propemodum debuit. Etenim praeter Sirium nullum invenitur sidus, quod divinis honoribus a Graecis — atque etiam a ceteris populis antiquis velut Asiaticis et Aegyptiis — cultum sit[96]). Nusquam autem celebrior, nusquam solemniore pompa instructa quam in Ceo

[94]) *Hygin.* II 40 ⟨*p.* 191 *Rob.*⟩; supra *p.* 91 *s.* Craterem cum vindemia coniungere solent antiqui, velut *Manil.* V 235 *s.*

[95]) Sirium Bacchum ipsum dixerat Eumolpus qui fertur apud *Diodor.* I 11 ... ὡς Εὔμολπος μὲν ἐν τοῖς Βαχχικοῖς ἔπεσί φησιν· 'ἀστροφαῆ Διόνυσον ἐν ἀκτίνεσσι πυρωπόν'.

[96]) Solem et Lunam ceterosque planetas excipias: cf. *O. Müller. l. c. p.* 194 *s.*

insula Sirii erat religio. Prisca tenet fabula, ortum Sirii aestivum 'cum armis observari' ac leniri saevitiem et sacris faciundis et saltatione bellica Aristaeum docuisse simul cum Iovis pluvii veneratione. Item Thessalorum principes Pelium adpropinquante Sirii ortu ascendebant a sacerdotibus electi sacra in Iovis *Ἀκταίου* antro facturi, ut dei opem contra sideris aestum impetrarent[97]). Eadem anni tempestate Argivi festum agebant diem *τὴν Κυνοφόντιν*, a canibus qui vocatur Sirio ut daemoni mactandis[98]), et *τὴν Ἀρνηίδα*, quia Linus ille, qui a canibus postea dilaceratus est, '*ἀρνάσι συνετράφη*', ut lusit Callimachus[99]). Apollinem *Κύννιον* praeter Argivos Athenienses venerabantur[100]). Iidem a Sirii ortu initium anni ducebant[101]). In Eratosthene porro ne neglegantur Aegyptiorum ritus Siriaci: apud quos quanta religione hoc sidus ceteris praestiterit inde licet aestimare, quod in eius ortum mundanum Nili incidit incrementum[102]). Animi causa duos ordine adscribam poetarum locos, quibus nihil

---

[97]) Cf. *Heraclides fr. hist. gr.* II p. 262 *s.*: *ἐπ' ἄκρας δὲ τῆς τοῦ ὄρους κορυφῆς σπήλαιόν τί ἐστι τὸ καλούμενον Χειρώνιον καὶ Διὸς Ἀκταίου ἱερόν, ἐφ' ὃ κατὰ Κυνὸς ἀνατολὴν κατὰ τὸ ἀκμαιότατον καῦμα ἀναβαίνουσι τῶν πολιτῶν οἱ ἐπιφανέστατοι καὶ ταῖς ἡλικίαις ἀκμάζοντες ἐπιλεχθέντες ὑπὸ τοῦ ἱερέως ἐνεζωσμένοι κώδια τρίποκα καινά· τοσοῦτον συμβαίνει ἐπὶ τοῦ ὄρους τὸ ψῦχος εἶναι.*

[98]) *Athen.* III 99e.

[99]) *G. Knaack, Anal. Alexandrino-Romana p.* 27 *s.* ⟨*Gryphiswaldiae* 1880⟩.

[100]) *Hesych. s. v. Κυννίδαι· γένος Ἀθήνησιν, ἐξ οὗ ὁ ἱερεὺς τοῦ Κυννίου Ἀπόλλωνος.*

[101]) *A. Mommsen, l. c. p.* 103 *s.*; *Th. Mommsen, Chronologie p.* 60. 85.

[102]) *Schol. Arat. v.* 152: *ὅλον δὲ τὸ ἄστρον* (Leonem) *ἀφιερώκασιν Ἡλίῳ· τότε γὰρ ἀναβαίνει καὶ ὁ Νεῖλος καὶ ἡ τοῦ Κυνὸς ἐπιτολὴ κατὰ ἐνδεκάτην ὥραν φαίνεται· καὶ ταύτην ἀρχὴν ἔτους τίθενται καὶ τῆς Ἴσιδος ἱερὸν εἶναι τὸν Κύνα λέγουσι καὶ τὴν ἐπιτολὴν αὐτοῦ. Aelian. de natura animalium* X 45: *τιμῶσι δὲ αὐτὸν* (canem) *Αἰγύπτιοι . . . καὶ τῆς τιμῆς διπλῆν εἶναι τὴν αἰτίαν φασί, τὴν μὲν λέγουσαν, ὅτι ἄρα τῆς Ἴσιδος ζητούσης πανταχόσε τὸν Ὄσιριν κύνες προηγούμενοι τὰ μὲν ἐπειρῶντο συνανιχνεύειν αὐτῇ τὸν παῖδα τὰ δὲ ἀνασπέλλειν τὰ θηρία· ἡ δὲ ἑτέρα, ὅτι ἄρα ἤδη μὲν ἀνατέλλει τὸ ἄστρον ὁ Κύων, ὃν Ὠρίωνος ἡ φήμη γενέσθαι λέγει, συνανίσχει δὲ αὐτῷ τρόπον τινὰ καὶ ὁ Νεῖλος ἐπιὼν εἰς τὴν ἀρδείαν τῆς γῆς Αἰγυπτίας καὶ ἀναχεῖται περὶ τὰς ἀρούρας· ὡς οὖν ἄγοντα τόδε τὸ γόνιμον ὕδωρ καὶ παρακαλοῦντα τιμῶσιν Αἰγύπτιοι.* Mundi quoque initium ab ortu Sirii repetiverunt Aegyptii teste Porphyrio ⟨*de antro*

hoc in genere fingi potest pulchrius, Homeri et Manilii. *X* 25 *s.* cum Sirio Achilles ita comparatur:

τὸν δ' ὁ γέρων Πρίαμος πρῶτος ἴδεν ὀφθαλμοῖσιν (Achillem)
παμφαίνονθ' ὥστ' ἀστέρ' ἐπεσσύμενον πεδίοιο,
ὅς ῥα τ' ὀπώρης εἶσιν, ἀρίζηλοι δέ οἱ αὐγαί
φαίνονται πολλοῖσι μετ' ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῷ,
ὃν τε κύν' Ὠαρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσιν·
λαμπρότατος μὲν ὅγ' ἐστι· κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται·
ὣς τοῦ χαλκὸς ἔλαμπε περὶ στήθεσσι θέοντος.

Manilius I 396 *s.*:

Subsequitur rapido contenta Canicula cursu,
qua nullum terris violentius advenit astrum ...
Hanc quam surgentem, primo cum redditur ortu,
montis ab excelso speculantur vertice Tauri,
eventus frugum varios et tempora dicunt,
quaeque valetudo veniat, concordia quanta;
bella facit, pacemque refert, varieque revertens,
sic movet, ut vidit mundum, vultuque gubernat.
Magna fides hoc posse color cursusque micantis
in radios: vix sole minor, nisi quod procul haerens
frigida caeruleo contorquet lumina vultu.
Cetera vincuntur specie, nec clarius astrum
tinguitur Oceano, caelumque revisit ab undis.

Quae cum ita sint, Eratosthenem statuo religionis Siriacae causam ex coniunctis Icariensium Ceorumque fabulis repetivisse. Quodsi tanta aetiorum copia illius elegiae inserta fuit, communi quodam vinculo tot diversae narrationis particulae inter se quasi conectendae erant, ut simplex et unum fieret poema. Verum tale quid quaeri nequit nisi in re — seu persona — ad fabularum utramque et Icariensem et Ceam pariter pertinenti: ipsam dico Sirii saevitiem[103]).

Nympharum 24⟩. Ceterum cf. *Solin. p.* 32. *Boeckh, Manetho und die Hundsternperiode* p. 19 s. *Ideler, Chronologie* I *p.* 124 *s.* II *p.* 592. — De Sirii apud Romanos cultu *Ovid. Fast.* IV 937 *s.* ⟨supra *p.* 89⟩. *Lyd. de ostentis* 7. *Welcker, Kl. Schr.* I *p.* 15 *s.*

[103]) Similiter rem in 'Lino' gessisse Callimachum infra *p.* 127 exponam.

VII.

Omnem catasterismorum Icariensium memoriam ad Eratosthenem redire dictum est. Deinceps num alia quaedam in elegia illa insint elementa quae tam recentem traxisse originem videantur, quaeritur.

1. A cane incipiam. Cuius catasterismum etsi adparet a genuino mytho Attico abhorrere, nequaquam inde conligendum est, omnino nullum in pagi fabula canem habuisse Icarium. Verum reputa quomodo evenerit, ut iam in terris Sirii nomen ille canis gerat: nam esse Maeram solemnem Sirii adpellationem potest comprobari.

1.

Maeram puellam apud inferos vidit Ulixes λ 326:

Μαῖράν τε Κλυμένην τε ἴδον στυγερήν τ' Ἐριφύλην.

Apud inferos eandem Polygnotus in lescha Delphica depinxerat, Pausan. *X* 30, 5: *ὑπὲρ τούτους Μαῖρά ἐστιν ἐπὶ πέτρᾳ καθεζομένη· περὶ δὲ αὐτῆς πεποιημένα ἐστὶν ἐν Νόστοις ἀπελθεῖν μὲν παρθένον ἔτι ἐξ ἀνθρώπων, θυγατέρα δὲ αὐτὴν εἶναι Προίτου τοῦ Θερσάνδρου, τὸν δὲ εἶναι Σισύφου· ἐφεξῆς δὲ τῆς Μαίρας Ἀχταίων ἐστὶν ὁ Ἀριστταίου καὶ ἡ τοῦ Ἀχταίωνος μήτηρ νεβρὸν ἐν ταῖς χερσὶν ἔχοντες ἐλάφου καὶ ἐπὶ δέρματι ἐλάφου καθεζόμενοι, κύων τε θηρευτικὴ παρακατάκειται σφισι βίου τοῦ Ἀχταίωνος ἕνεκα καὶ τοῦ ἐς τὴν τελευτὴν τρόπου.* Quod Actaeo — qui a canibus furientibus dilaniatur — proxime ad Maeram Proeti filiam conspicitur, iam ab illo poeta epico, quem auctor Necyae et Polygnotus secuti sunt, ad Sirium relatam esse Maeram demonstrat. Cuius in persona tenendum est nihil describi quod pernicioso sideris effectui respondeat[104]).

[104]) Maeram Polygnoti iam ante me ad Sirium rettulit *Prellerus, Griech. Myth.* I[3] 376 *adn.* 2. — *Schol. Odyss. l. c.* ex Pherecyde narrat eam ex Iove edidisse Locrum, postea cum non amplius Dianam venantem comitaretur a dea sagitta esse transfixam. Ultro cum his conferuntur quae Pausanias VIII 53, 3 de Maera Atlantis filia tradidit eiusque filiis. — Ad Maeram Proeti filiam versum Homericum referunt scholia, Pausanias ad Atlantis f. VIII 12, 7.

2.

Ab hac antiqua sentiendi moderatione is descivit, qui primus Hecubam in Maeram transformari iussit. Cuius sententiam expressisse Lycophro videtur *Alex.* 330 *s. Scheer.*:

σὲ δ' ἀμφὶ κοίλην αἰχμάλωτον ἠόνα
πρέσβαν Δολόγκων δημόλευστον ὠλένῃ
ἐπεσβόλοις ἀραῖσιν ἠρεθισμένῃ
κρύψει κύπασσις χερμάδων ἐπομβρία,
Μαίρας ὅταν φαίουρον ἀλλάξῃς δομήν·

Duce Lycophrone nihil praeter canem rabidum, sicut est apud Euripidem, ex Maera eliciendum esset. Sidus Maerae i. e. Sirium intellexit, nisi fallor, Ovidius *Metam.* VII, 357, cum Medeae fugam accuratius describeret:

Aeoliam Pitanen a laeva parte relinquit
factaque de saxo longi simulacra draconis
Idaeumque nemus, quo nati furta iuvencum
occuluit Liber falsi sub imagine cervi,
quaque pater Corythi parva tumulatur arena,
et quos Maera novo latratu terruit agros.

Mira moliti sunt interpretes, cum ad Icari canem Ovidium respexisse adfirmarent. At agitur de regione sive Troica sive Troadi vicina[105]). Videtur autem haec interpretatio longe illi propterea anteponenda, quia ubicunque alias invenitur sideris notio Maerae adhaeret.

Cuius fabulae memoria videtur non omni ex parte esse oblitterata. Coniunctis enim Aeschyli *Agam.* 793 — ubi Troia dicitur *ἀμφὶ Πλειάδων δύσιν* diruta esse — et scholii Veneti A *ad Σ* 486 de Electra Pliade, Dardani matre, quae, ne Troiae suorumque excidium videret, dissolutis crinibus sedem suam

105) Ovidii sententiam perspexit interpolator a Bentleio cognitus *Metam.* XIII 404:

Troia simul Priamusque cadunt: Priameia coniunx
perdidit infelix hominis post omnia formam,
externasque novo latratu terruit auras.

Falsus est de Lycophronis loco Osannus (*Verh. d. Cassler Philologenversammlung p.* 23 *n.* 4): qui quantum frustra de Maera molitus sit, legas si libet *l. c.*

caelestem reliquisse fertur, testimoniis olim rectissime Wilamowitzius subscriptioni scholii illius '*ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς Κυκλικοῖς*' fidem habendam censuit[106]). Cumque iuxta Pliadis discessum Hecubae in Sirium transformationem eximie quadrare pateat, coniecturam periclitor eadem quam subscriptio indicat *Ἰλίου πέρσει* usum esse Lycophronem.

Haec igitur Maera propius ad Sirii naturam accedit exprimendam. Latrat in caelo Hecuba suorum interitu furibunda non aliter atque in terris, dum Troia expugnatur, saevierat.

3.

A Maera Troica ad Arcadicam transgredior. Pausan. VIII 12, 7: *τῆς Πτόλεως δὲ* ⟨prope Mantineam⟩ *μετὰ σταδίους τριάκοντα κώμης τε ἐρείπια Μαίρας, εἰ δὴ ἐνταῦθα καὶ μὴ ἐν τῇ Τεγεατῶν ἐτάφη· Τεγεάταις γὰρ τοῦ λόγου τὸ εἰκὸς καὶ οὐ Μαντινεῦσιν ἕπεται Μαῖραν τὴν Ἄτλαντος παρὰ σφίσι ταφῆναι· ⟨τάχα δ' ἂν καὶ ἀπόγονος τῆς Ἄτλαντος Μαίρας ἑτέρα Μαῖρα ἀφίκοιτο ἐς τὴν Μαντινικήν⟩. Ib.* 48, 6: *καὶ μνήματά ἐστιν ἐνταῦθα Τεγεάτου τοῦ Λυκάονος καὶ Μαίρας γυναικὸς τοῦ Τεγεάτου· θυγατέρα δὲ Ἄτλαντός φασιν εἶναι τὴν Μαῖραν· ⟨ἧς δὴ καὶ Ὅμηρος ἐποιήσατο μνήμην ἐν Ὀδυσσέως λόγοις πρὸς Ἀλκίνουν περί τε ὁδοῦ τῆς ἐς Ἅιδην καὶ ὁπόσων ἐθεάσατο ἐκεῖ τὰς ψυχάς⟩.*

Totam Arcadum de Maera fabulam in inlustrando Sirii aestu versari inde elucet, quod filios Maera peperit Scephrum et Limona, quorum hic illum interficit occiditurque ipse a Diana *ib.* 53, 3: *Τεγεάτης δὲ καὶ Μαῖρα τὸ μὲν παραυτίκα Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτέμιδι θύουσιν, ὕστερον δὲ ἐπιλαβούσης ἀκαρπίας ἰσχυρᾶς ἦλθε μάντευμα ἐκ Δελφῶν 'Σκέφρον θρηνεῖν'. καὶ ἄλλα τε ἐν τοῦ Ἀγυιέως τῇ ἑορτῇ δρῶσιν ἐς τιμὴν τοῦ Σκέφρου, καὶ ἡ τῆς Ἀρτέμιδος ἱέρεια διώκει τινά, ἅτε αὐτὴ τὸν Λειμῶνα ἡ Ἄρτεμις*[107]).

---

[106]) Eandem de Electra historiolam Aratus *ἐν τῷ πρὸς Θεόπροπον ἐπικηδείῳ* tractaverat ⟨*schol.* Σ 486, *alibi*⟩. — Subscriptionem sine idoneo argumento damnavit E. Schwartzius amicus ⟨*de scholiis Homericis ad historiam fabularem pertinentibus, Suppl. ann. phil.* 1881 *p.* 457⟩.

[107]) Cf. *Welcker l. c.* I *p.* 18 *s.*

4.

Ad Argivos transeo. Antoninus Liberalis *c.* XL (*p.* 235 *West.*). *Κασσιεπείας* — inquit — *τῆς Ἀραβίου τοῦ Ἀγήνορος ἐγένετο Κάρμη· ταύτῃ μιγεὶς Ζεὺς ἐγέννησε Βριτόμαρτιν· αὕτη φυγοῦσα τὴν ὁμιλίαν τῶν ἀνθρώπων ἠγάπησεν ἀεὶ παρθένος εἶναι· καὶ παρεγένετο πρῶτα μὲν ἐπ' Ἄργος ἐκ Φοινίκης παρὰ τὰς Ἐρασίνου θυγατέρας Βύζην καὶ Μελίτην καὶ Μαῖραν καὶ Ἀγχιρρόην κτέ.* Quod Erasinus fluvius (Pausan. VIII 22, 3) filiam procreavit Maeram, quam ad Sirii sidus referendam vidimus, vix demirabimur. Similiter apud Statium *Theb.* VIII 478 Maeram '*Aegeae Veneris sacerdotem*' fuisse legimus, etsi nihil magis cogitari potest contrarium. Cumque Britomartin virginem cum ceteris Erasini filiabus Maera comitetur, fieri potest, ut a Virgine caelesti Britomartis non sit diversa, (cf. quae Robertus *p.* 248 *s.* disputavit): nisi forte simpliciter translata ex Iliadis *Σ* 48 (cf. *p.* 130 *s.*) Maera Nereïne videbitur. Hoc igitur incertum manebit.

5.

Commune tribus prioribus quas enumeravi fabulis illud est artificium, quod canem sidereum mortalem quondam fuisse feminam tenent. Quartam addo narrationem Callimachi, qui etsi feminam retinet tamen nova admiscendo novam eius speciem reddidit. De cuius 'Lino' elegia ut certum hodie ferri possit iudicium, Knaackii amici opera effectum est, qui tenorem elegiae feliciter restituit[108]). Ex tanta *αἰτίων* copia — *Ἄρνειος μήν, Ἀρνῆις ἑορτή, Λίνου ᾠδή, ἡμέρα Κυνοφόντις, Τριποδίσκου κτίσις* — ultro ibi universum quoddam offertur quod unum cetera omnia in se quasi comprehendat: aestiva Sirii saevities. Diserte hoc et cum pondere a Statio, elegiae duce, commemoratur. Nam postquam 'pestis' (*Ποινή*) ab Apolline ob Lini mortem immissa Coroebo succubuit, Sirii calor exarsit *Theb.* I *v.* 634 *s.* (*p.* 24 *Knaack.*):

Quaerenti 'quae causa' duci, quis ab aethere laevus
ignis, et in totum regnaret Sirius annum,

[108]) *Analecta Alexandrino-Romana p.* 14—28.

idem auctor Paean rursus iubet ire cruento
inferias monstro iuvenes qui caede potiti.

Non fortuitam esse Sirii mentionem sed ex narrationis consilio profectam haec Coroebi ad Apollinem evincit oratio *v.* 645 *s.*:

Ego sum qui caede subegi
Phoebe tuum mortale nefas, quem nubibus atris
et squalente die, nigra quem tabe sinistri
quaeris, inique, poli. Quodsi monstra effera magnis
cara adeo superis iacturaque vilior orbis . . .
Quid meruere Argi? Me me divum optime solum
obiecisse caput fatis praestabit. An illud
lene magis cordi, quod desolata domorum
tecta vides, ignique datis cultoribus omnis
lucet ager. Sed quid fando tua tela manusque
demoror? Exspectant matres supremaque fundunt
vota mihi; satis est: merui ne parcere velles.
Proinde move pharetras arcusque intende sonoros
insignemque animam leto demitte, sed illum
pallidus Inachiis qui desuper imminet Argis,
dum morior, depelle globum.

Indidem manifestum, quod *Ποινή* illa in terris egerat antea idem inter sidera Sirium agere, *Ποινή* infantes gaudebat necando: Sirio exorienti ut hominibus parcat canes mactant iidem Argivi, quotquot illo tempore deprehendunt. Etiam versus 624 *s.* considerandi:

illam (Poenam) *et nocturno circum stridore volantes*
impastae fugistis aves, rabidamque canum vim
oraque sicca ferunt trepidorum inhiasse luporum.

Canes et lupi aestu Siriaco paene soli, certe omnium bestiarum gravissime adficiuntur.

Denique puellae formam 'Poenae' quam turpissimam dederat Callimachus cf. *v.* 596 *s.*:

Sero memor thalami moestae solatia morti
Phoebe paras: monstrum infandis Acheronte sub imo

conceptum Eumenidum thalamis, cui virginis ora
pectoraque, aeternum stridens a vertice surgit
et ferrugineam frontem discriminat anguis.
Haec tam dira lues nocturno squalida passu etc.

Quae cum ita sint, 'Poenam' a Coroebo interfectam Apolline intercedente ad Sirii sidus translatam in illa Callimachi elegia arbitror.

Consummavit Callimachus Maerae imaginem a prioribus incohatam. Neque enim in tantae turpitudinis descriptione amplius feminam persentiscimus, sed reapse 'monstrum nefandis Acheronte sub imo conceptum Eumenidum thalamis'.

6.

Maeram pro Sirio simpliciter usurpant posteriores[109]), translato ad Solem sensu cum de zonis ageret in 'Mercurio' ipse Eratosthenes *fr.* XIX:

---

[109]) Crinagoras ⟨*Anth. Pal.* IX 555⟩ insulam dicit *ὑπὸ Μαίρῃ εὐάνεμον*. Nonnus — excepto quem supra tractavi loco *p.* 96 *s.* — Maeram semper de Sirio intellegit velut XII 287 *s. πυρώδεος ἀστέρα Μαίρης* ⟨cf. V 221. 269. XII 287. XVI 200. XX 79. XLIII 169. 188⟩. *Hesych. s. v. Μαῖρα· Κύων τὸ ἄστρον· ἢ τὸ ἀκμαιότατον καῦμα· οἱ δὲ Σελήνην· [Ταραντῖνοι τὸ μαιρίην τὸ κακῶς ἔχειν·] οἱ δὲ Προίτου θυγατέρα Αἴθρας ἀδελφὴν εἶναι. S. v. μαρίειν ⟨μαιρίειν Lobeck. Rhem. p.* 205⟩ *ὀχλεῖσθαι· πυρέττειν·* 'μαρίειν et *μαιρίειν* Hesychium non dubito arcessere ab obsoleto *μαίρω*, unde *Μαῖρα* et *μαραίνω*' *Lobeck l. c.* Dicendum est paullo accuratius de quadam Meinekii coniectura ad *Parthenii narr.* XX prolata, cui inscribitur *περὶ Αἰροῦς. λέγεται δὲ καὶ Οἰνοπίωνος καὶ νύμφης Ἑλίκης* ⟨= Ursa maior cf. *Arat. v.* 31–41⟩ *Αἰρῷ κόρην γενέσθαι· ταύτης δὲ Ὠρίωνα τὸν Ὑριέως ἐρασθέντα παρ' αὐτοῦ παραιτεῖσθαι τὴν κόρην καὶ διὰ ταύτην τὴν τε νῆσον ἐξημερῶσαι τότε θηρίων ἀνάπλεων οὖσαν λείαν τε πολλὴν περιελαύνοντα τῶν προσχώρων ἔδνα διδόναι· τοῦ μέντοι Οἰνοπίωνος ἑκάστοτε ὑπερτιθεμένου τὸν γάμον διὰ τὸ ἀποστυγεῖν αὐτῷ γαμβρὸν τοιοῦτον γενέσθαι ὑπὸ μέθης ἔκφρονα γενόμενον τὸν Ὠρίωνα κατᾶξαι τὸν θάλαμον, ἔνθα ἡ παῖς ἐκοιμᾶτο, καὶ βιαζόμενον ἐκκαῆναι τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπὸ τοῦ Οἰνοπίωνος. Ἠροῦς* et *Ἠρώ* pro *Αἰροῦς* et *Αἰρώ* — quod nomen non graecum est — suasit Passovius, etsi nullam aliunde adferre potuit fabulam, qua ista coniectura confirmaretur. *Μαιροῦς* et *Μαιρώ* Meinekius suspicatus est, quae forma a '*Μαῖρα*' non esset diversa (cl. *Ψάπφα — Σαπφώ — Ἵππη — Ἱππώ*). At novam neque cognitam aliunde nec per se satis probabilem fabulam illa efficeret scriptura, quoniam filiam Oenopionis compressam ab

ἣ μὲν ἔην μεσάτη, ἐκέκαυτο δὲ πᾶσα περιπρὸ
τυπτομένη φλογμοῖσιν, ἐπεί ῥά ἑ Μαῖραν ὑπ' αὐτὴν
κεκλιμένην ἀκτῖνες ἀειθερέες πυρόωσιν[110]).

'Maeram' igitur solemnem Sirii antiquitus fuisse adpellationem probatum est.

7.

Unum quod repugnare videtur exemplum accuratius tractabo. Inter Nereidas Σ 48 Maera enumeratur:

ἔνθα δ' ἔην Κλυμένη Ἰάνειρά τε καὶ Ἰάνασσα
Μαῖρα καὶ Ὠρείθυια ἐυπλόκαμός τ' Ἀμάθεια
ἄλλαι θ' αἵ κατὰ βένθος ἁλὸς Νηρηίδες ἦσαν . . .

In eo acquiescerem, quod supra dixi consociari in Graecorum fabulis opposita solere: nisi totus ille catalogus merito esset suspectus cf. *schol. l. c.* *ὁ. τῶν Νηρηίδων χορὸς προηθέτηται* (ante Aristarchum) *καὶ παρὰ Ζηνοδότῳ ὡς Ἡσιόδειον ἔχων χαρακτῆρα· Ὅμηρος γὰρ κατὰ τὸ κοινὸν Μούσας λέγει καὶ Εἰλειθυίας, ἀλλ' οὐκ ὀνόματα· γελοῖόν τε ἐξ ὀνόματος προθέμενον εἰπεῖν πάσας ὥσπερ ἀποκαμόντα εἰπεῖν „ἄλλαι θ' αἵ κατὰ βένθος ἁλὸς Νηρηίδες ἦσαν“ . . . τό τε ἔνθα οὔτε χρόνον σημαίνει οὔτε τόπον· διακόπτεταί τε ἡ λύπη τῷ καταλόγῳ.* Quae in Homero offendunt, in Hesiodi indice (*Theog.* 240) Homerico simillimo — duodeviginti enim nomina utrique communia — ita evitata sunt, ut rectissime omnia sese habeant. Unde probabile, Hesiodeum esse

---

Orione ad Sirii sidus pervenisse statuendum esset. Ne plura: *Μεροῦς* et *Μερώ* reponenda sunt, siquidem *Μερόπη* — unde forma hypocoristica *Μερώ* — alibi Oenopionis filia vocatur ⟨*Catast.* XXXII *p.* 162 *Rob. Hygin.* II 34 *al.*⟩. Cf. *Ἀρυόπη — Ἀρυώ, Ἰόπη — Ἰώ* alia. — Hercherum *Hermes* 1877 *p.* 147 nunc video ex *Αἰρὼ κόρην* effecisse *Μερόπην*: at *κόρη* pro *θυγάτηρ* poeticum.

[110]) Sirium pro Sole usurpant poetae. Cf. *Hesych. s. v. Σείριος . . . Σοφοκλῆς τὸν ἀστρῷον κύνα· ὁ δὲ Ἀρχίλοχος τὸν Ἥλιον· Ἴβυκος δὲ πάντα τὰ ἄστρα.* Respicitur Archilochi *fr.* 61 *Bergk* ⟨= *Plutarch. Symp. Quaest.* III 10, 2⟩: *τὸν δὲ Ἥλιον ἀναρπάζειν μᾶλλον ἐκ τῶν σωμάτων τὸ νοτερὸν διὰ τὴν πύρωσιν· πρὸς ὃ καὶ τὸν Ἀρχίλοχον εἰρηκέναι φυσικῶς·*

Ἔλπομαι, πολλοὺς μὲν αὐτῶν Σείριος κατανεῖ | ὀξὺς ἐλλάμπων.

genuinum et Homerici fontem. Iam vero inter ea Nereïdum nomina, quae apud Hesiodum redeunt, *Μαῖρα* desideratur: *Ἀλίη, Ἀκταίη, Ἀγαύη, Γλαύκη, Γαλάτεια, Δωτώ, Δυναμένη, Δωρίς, Θόη, Κυμοδόκη, Κυμοθόη, Νησαίη, Νημερτής, Πρωτώ, Πανόπη, Σπειώ, Φέρουσα.* Quae supersunt quindecim, eorum certa nonnulla genera possunt distingui velut *Ἴαιρα Ἰάνειρα Ἰάνασσα, Καλλιάνειρα Καλλιάνασσα* (*Ἰάνειρα* est apud Hesiodum Oceanine *Theog.* 35), *Ἀμφιθόη* (cum *Θόη* et *Κυμοθόη* componenda), *Ἀμφινόμη* (ex *Πουλυνόμη* desumpta), *Δεξαμένη* (cf. *Δυναμένη*), *Ἀψευδής* (cf. *Νημερτής*), *Ἀμάθεια* (cf. *Ψαμάθη*). Restant *Θάλεια, Ὠρείθυια* et *Λιμνώρεια, Κλυμένη*, denique *Μαῖρα.* Quas unde et quo consilio indicis compositor inseruerit, ignoro: quamquam Necyae versum 326

Μαῖράν τε Κλυμένην τε ἴδον στυγερήν τ' Ἐριφύλην

nolo reticere. Itaque ne id quidem dici potest, num Maeram is quo de agitur reapse ad Sirium referri voluerit. Neque quicquam interest, si quidem interpolatorem tenemus nomina aucupantem fabularum incuriosum. — Ceterum teste Callistrato Aristophaneo editio Homeri Argiva hunc catalogum praetermiserat (cf. *schol. Ven. A. l. c.*)[111]).

8.

Quod de nomine canis Erigonei idem de negotii similitudine existimandum. Nihil in terris Maera agit quin Sirius in caelo, saeviunt latrantque, ut homines perterreant. Porro Sirio agros comburenti Maera respondet aquam anhelans. Fictam igitur Maeram esse ex ipsa Sirii natura ideoque veram pagi Attici de Erigona fabulam quaerenti removendam consequitur[112]).

[111]) Sine argumentis Lehrsius (*Aristarch.*[2] *p.* 458) Nereidum catalogum Homericum pro genuino habuit.

[112]) *Welcker l. c. p.* 19 hac de re vix aliter iudicavit: *Die sühnung des erschlagenen Icarius, um den Keern die Etesien zu erwerben, ist durch dessen hund Maira veranlasst, aber in der studierstube erfunden.* Quodsi Icarii canem *πλάσμα* esse constat Eratosthenis, alterum quendam canem apte comparaveris in Anterinnye — quo carmine Hesiodi caedem a Ganyctoris filiis patratam idem tractavit Eratosthenes — eodem vindicis munere fungentem *fr.* XXIV ⟨= *schol. Nicandr. Ther.* 400⟩: *ἰυγὴ δὲ φωνή τίς ἐστι, βοὴ ἀδιάρ-*

2) Cane Icarium privavimus; vereor ne vel filiam sit amissurus: nam certat Erigona Icari f. cum altera quadam Erigona Attica idque sine successu.

Componam qui praeter Eratosthenem eiusque sectatores[113]) sive hanc sive illam testari Erigonam dicuntur, ita tamen ut a certis confessisque ad dubia procedam.

1.

Cinaetho: Pausan. II 18, 6 *Ὀρέστου δὲ ἀποθανόντος ἔσχε Τισαμενὸς τὴν ἀρχὴν Ἑρμιόνης τῆς Μενελάου καὶ Ὀρέστου παῖς· τὸν δὲ Ὀρέστου νόθον Πενθίλον Κιναίθων ἔγραψεν ἐν τοῖς ἔπεσιν Ἠριγόνην τὴν Αἰγίσθου τεκεῖν.* Haec amica Orestis et Erigonae consuetudo prorsus a ceteris discrepat scriptoribus, qui extremas inter eos inimicitias intercessisse ad unum omnes contendunt.

θρωτος ἐπὶ τοῦ συμβαίγοντος πεποιημένη· καὶ Ἐρατοσθένης ἐν Ἀντεριννύι περὶ κυνὸς λέγων εἶπεν· „ἰυγῆς δ' ὡς παῦρον ἐπέκλυον." Adparet similitudo. 'Plane cadunt verba haec in Ganyctoris filios, qui cum primum canis illius qui Hesiodo morienti adfuerat vocem audiunt subito expavescunt conscii facinoris quod commiserant itaque ipsi sese produnt' (Bergkius). — Nec primus ego haec compono, idem iam ante me fecerunt *Hillerus p.* 91 et *Pollux* V 42: *κύνες δὲ ἔνδοξοι· ὁ Πύρρου τοῦ Ἠπειρώτου, ὃς ἐκβοήσαντος μὲν αὐτοῦ ἐκ τῶν ὕπνων περιβὰς ἐφύλαττε τὸν Πύρρον· ἀποθανόντος δὲ καιομένου τοῦ νεκροῦ ἐνήλατο εἰς τὴν πυράν* (cf. *Plut. de soll. an. p.* 969*d*)· *οἱ δὲ Ἡσιόδου παραμείναντες αὐτῷ ἀναιρεθέντι κατήλεγξαν ὑλακῇ τοὺς φονεύσαντας· ὁ δὲ Ἰκαρίου κύων καὶ ἔδειξε τῇ θυγατρὶ τὸν Ἰκαρίου νεκρόν· καὶ εἴ χρή τι πιστεύειν τοῖς ποιηταῖς* (scil. Eratostheni), *οὗτός ἐστιν ὁ Σείριος.* Cf. Kaibel, *mus. Rhen.* 1873 *p.* 453. — Verbo admoneo fabulae de Sirio Aetolicae, de qua Hecataeus apud *Athen.* II *p.* 35*a*. Similia Locrenses de Oresthei cane ferebant. *Pausan.* X 38, 1.

113) Itaque non licet amplius provocare ad *Hygin. fab.* 132. 136 *Schmidt. schol. Apoll. Rhod.* II 517. *Steph. Byz. s. v.* Ἰκαρία· *δῆμος τῆς Αἰγηίδος φυλῆς ἀπὸ Ἰκαρίου τοῦ πατρὸς Ἠριγόνης.* Item *Ovid. Metam.* X 451 *s.*:

Nox caret igne suo. Primus tegis Icare vultus
Erigoneque pio sacrata parentis amore

te *Manil.* II 30:

pietate ad sidera ductam | *Erigonam*

eximendos esse patet.

2.

Altera quaedam de Erigona Aegisthi f. fabula saepius occurrit, et primum quidem apud Hygin. *fab.* 122: *Ad Electram Agamemnonis et Clytaemnestrae filiam sororem Orestis nuntius falsus venit fratrem cum Pylade in Tauricis Dianae esse immolatos. Id Aletes Aegisthi f. cum rescisset ex Atridarum genere neminem superesse, regnum Mycenis obtinere coepit. At Electra de fratris nece Delphos sciscitatum est profecta. Quo cum venisset, eodem die Iphigenia cum Oreste venit eo. Idem nuntius, qui de Oreste dixerat, dixit Iphigeniam fratris interfectricem esse. Electra ubi audivit id, truncum ardentem ex ara sustulit voluitque inscia sorori Iphigeniae oculos eruere*[114]*, nisi Orestes intervenisset. Cognitione itaque facta Mycenas venerunt; et Aleten Aegisthi f. Orestes interfecit et Erigonam ex Clytaemnestra et Aegistho natam voluit interficere, sed Diana eam rapuit in terram Atticam et sacerdotem fecit. Orestes autem (Neoptolemo interfecto) Hermionen Menelai et Helenae f. (abductam) coniugem duxit; Pylades autem Electram Agamemnonis et Clytaemnestrae f. duxit.*

Concedo ex tragoedia — vel ex duabus tragoediis — haec provenisse: utrum ex Alete Sophoclis an ex Erigona an ex alius tragici dramate, incertum manet. — Eodem quo Hyginus pertinere videtur et Pacuvii Dulorestes, in quo Erigonae cum Oeace nuptiae eo ipso die quo rediit Orestes praeparantur, et sarcophagus Lezzani, Erigonam exhibens Aegistho adversus Orestem succurrentem ⟨Robert., *Bild und Lied p.* 185 *n.*⟩.

Sophoclis Erigonam Photius *s. v.* τοπάζειν et Erotianus *p.* 374 testantur. Ex fragmentis nihil elicitur, nisi forte spreta simplici emendatione '*ἐν Ἠριγόνῃ*' verba Erotiani '*ἐν Σμηριγόνῃ*' mutare in *ἐν σατυρικῇ Ἠριγόνῃ* et ad Icari filiam referre cum Ribbeckio praeplacet. Quod antequam quis audeat, velim hanc revera iam Sophoclis aetate exstitisse Erigonam in fabulari Atticorum memoria demonstret[115].

---

[114]) '*Exurere*' coni. O. Ribbeck. ⟨*Gesch. d. röm. Trag. p.* 470 *n.*⟩, ut in compilatore improbabiliter.

[115]) Sua profectus coniectura audacem vel de Quinti Ciceronis Erigona

3.

Alium sapiunt tragicum quae de eiusdem Erigonae morte ad nos pervenerunt cf. *adn.* 119.

Hellanicus: *schol. Eurip. Orest. v.* 1618 *περὶ τῆς Ὀρέστου κρίσεως ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἱστορεῖ καὶ Ἑλλάνικος ταῦτα γράφων· τοῖς ἐκ Λακεδαίμονος ἐλθοῦσι καὶ τῷ Ὀρέστῃ οἱ Ἀθηναῖοι* ⟨*δίκην*⟩ *ἔφρασαν· τέλος δὲ ἀμφοτέρων ἐπαινούντων οἱ Ἀθηναῖοι τὴν δίκην ἔστησαν κτλ.*[116]).

Marmor Parium *ep.* 40: *ἀφ' οὗ Ὀρέστης προσαιτῶν αὐτὸς δίκην ὑπέσχεν Αἰγίσθου θυγατρὶ καὶ αὐτοῖς ἡ δίκη ἐδικάσθη ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ἣν Ὀρέστης ἐνίκησεν ἰσωθεισῶν τῶν ψήφων βασιλεύοντος Ἀθήνησι Δημοφῶντος, ἔτη* ΓΗΗΗΗΔΔΔΓΙΙΙΙ. Dictys *bell. Troi. VI* 2: *Clytaemnestra per Aegisthum adulterio sibi cognitum Agamemnonem insidiis capit eumque interficit brevique denupta adulterio Erigonen ex eo edit.* Idem VI 4: *Erigona quae ex Aegistho edita erat ubi fratrem absolutum intellegit, victa dolore immodico laqueo interiit*[117]).

De utraque Erigona idem necis genus lexicographus tradidit Methodio et Hesychio communis: Etym. Magn. *s. v. ἀλῆτις· τινὲς τὴν Ἠριγόνην τὴν Ἰκαρίου θυγατέρα, ὅτι πανταχοῦ ζητοῦσα τὸν πατέρα ἠλᾶτο· οἱ δὲ Αἰγίσθου καὶ Κλυταιμνήστρας φασίν· οἱ δὲ τὴν τοῦ Μαλεώτου τοῦ Τυρρηνοῦ θυγατέρα· οἱ δὲ τὴν Μήδειαν, ὅτι μετὰ τὸν φόνον τῶν παίδων πρὸς Αἰγέα κατέφυγεν ἀλητεύσασα· οἱ δὲ τὴν Περσεφόνην, διότι τοὺς πυροὺς ἀλοῦντες πέμματα προσέφερον αὐτῇ· οὕτω Μεθόδιος·* Hesych. *s. v. ἀλῶρα· ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἣν οἱ μὲν ἐπὶ Μαλέου Τυρρηνοῦ θυγατρί φασιν·*

⟨cf. *ad Quintum fratrem* III 1, 13. 6, 7. 9, 6⟩ opinionem idem proposuit Ribbeckius *p.* 473 *s.*: quae omnia sponte mihi videntur nunc concidere, nisi quod recte fortasse versam a Quinto Sophoclis esse Erigonam coniectavit. — Sophoclis 'Erigonam' cum 'Alete' coniungi ⟨*Welcker, Griech. Trag.* I *p.* 215⟩ iure vetuit Ribbeckius *p.* 621 *s.* Num omnino in 'Alete' Erigona ipsa in scenam prodierit nescimus ⟨*Welcker, p.* 318⟩. Etiam quae de Erigona 'dionysiaca' Icari f. idem *l. c.* disputavit Welckerus, longe aliter nunc conformanda sunt.

[116]) De variis scholii difficultatibus cf. *Preller., De Hellanico* ⟨*Kl. Schr. p.* 42 *n.*⟩: ceterorum commenta omitto. De re dubitatio oriri non potest.

[117]) Dictyn Malalas exscripsit ⟨*p.* 168 *Bonn*⟩.

οἱ δὲ ἐπὶ Κλυταιμνήστρας καὶ Αἰγίσθου (scil. filia Erigona)· οἱ δὲ ἐπὶ Ἠριγόνῃ ἀλήτιδι τῇ Ἰκαρίου[118]).

Aegisthi igitur filia cum Erigona Eratosthenica certat neque id solummodo de nomine: utraque patris caedem ulcisci frustra conatur, utraque ingenti dolore perculsa vitam laqueo finit, eadem denique religione utraque apud Atticos colitur: at filia Aegisthi antiquissimis testimoniis confirmatur, Icari f. ab uno Eratosthene. Ergo ex Aegisthi filia Erigona Icariensis derivata a mythologis (fortasse ab ipso Eratosthene) videbitur[119]). Quodsi de genuina pagi Attici agitur fabula, in filiae locum uxor Icari probabiliter sufficitur, de qua doctus ille περὶ εὑρημάτων apud Clementem *Strom. I p.* 133 scriptor ita disputavit: ἔτι φασὶ τὸ ἡρῷον τὸ ἐξάμετρον Φανοθέαν τὴν γυναῖκα Ἰκαρίου εὑρεῖν. Quamquam

---

[118]) Cum Etymologo et Hesychio Athenaeum (XIV 618e: ἦν δὲ καὶ ἐν ταῖς αἰώραις τις ἐπ' Ἠριγόνῃ, ἣν καὶ ἀλῆτιν λέγουσιν, ᾠδή) Wilamowitzius coniunxit.

[119]) Hinc Welckeri disputatio *l. c.* supplenda erit et corrigenda. Quod vero Icarium Atticum et Peloponnesium Penelopae parentem inter se confudit, mero errori tribuendum est. — In adnotatione ea addam quae coniectura ad Erigonam Icari f. rettulerunt viri docti testimonia. *Suid. s. v.* Φρύνιχος· Πολυφράδμονος . . . τραγῳδίαι δ' αὐτοῦ εἰσι $\overline{\vartheta}$ αὗται· Πλευρώνιαι Αἰγύπτιοι Ἀκταίων Ἅλκησις· Ἀνταῖος ἢ Λίβυες· Δίκαιοι ἢ Πέρσαι ἢ Σύνθωκοι· Δαναΐδες· *Ib. s. v.* Φρύνιχος Μελανθῷ· Ἀθηναῖος τραγικός· ἐστὶ δὲ καὶ τῶν δραμάτων αὐτοῦ τάδε· Ἀνδρομέδα· Ἠριγόνη· ἐποίησε καὶ Πυρρίχας· Leutschius (*Philol.* IV *p.* 181 *s.*), ut Phrynichi 'Erigonam' ad Icari f. revocaret, primum duos illos Suidae articulos separatim positos coniunxit, deinde Δίκαιοι — de quibus nihil scimus — commutavit suo Marte in Ἰκάριοι, tum Ἰκαρίους suos vi ad prioris articuli Ἠριγόνην traduxit, denique in universum Erigonam Icari f. coniecit iam Phrynichi fuisse aetate! — Phrynichi Erigona nunc ad Aegisthi f. referatur oportet, quamquam vel Hillerus Icariensem praetulit *p.* 97, *Welckerum* I *p.* 19, *Ribbeckium p.* 473, *Bernhardyum* ⟨*Grundriss der griechischen Litteratur* II^2 *p.* 18⟩ secutus. — Venio ad *Suid. s. v.* Κλεοφῶν· Ἀθηναῖος τραγικός· τῶν δραμάτων αὐτοῦ Ἀχαιῶν· Ἀμφιάραος· Ἀχιλλεύς· Βάκχαι· Δεξαμενός· Ἠριγόνη. Θυέστης· Λεύκιππος· Περσίς· Τήλεφος. ⟨Cf. *O. Müller, Litteraturgeschichte* II^3 *p.* 178⟩. *Ib. s. v.* Φιλοκλῆς· Πολυπείθους Ἀθηναῖος τραγικός . . . ἔγραψε τραγῳδίας $\overline{\rho}$, ὧν ἐστι καὶ ταῦτα· Ἠριγόνη· Ναύπλιος· Οἰδίπους· Οἰνεύς· Πρίαμος· Πηνελόπη· Φιλοκτήτης. Adnotat iure Hillerus *p.* 97, de harum Erigonarum argumentis ex solo Suida ne conici quidem quicquam posse ⟨contra *Welcker. p.* 967⟩. — Cf. adn. 122.

hexametri inventionem recentiore demum aetate ad Phanotheam transiisse crediderim[120]).

---

[120]) Condigna est quae cum Eratosthenis Erigona comparetur fabulae de Iside et Osiride Aegyptiae similitudo. Exeundum est ab Avieni de Virgine *v.* 282 *s.* ⟨= *Catast.* IX *p.* 84⟩:

Aut Pelusiaci magis es dea littoris Isis
digna poli, consors et cura latrantis Anubis.

Consors Isidis Anubis eo dicitur quod simul cum illa ab Aegyptiis colitur (σύνναος): canina enim praeditus figura Isidem comitatur et in terris et — ubi primum ad Virginem Isis pervenit — in caelo Sirii in sidus ipse deformatus ⟨*schol. Apoll. Rhod.* II 517 cl. cum *Avieno l. c.*⟩. Lugere Isidem in Virginis sidere ex obscuritate stellarum consequitur; furit Anubis, eadem scilicet de causa, quapropter Isis luget: in promptu Erigonae et Maerae comparatio. Iam adparet nobilissimum Aegyptiorum mythum catasterismis illis subesse: Isin Osiridis corpus a Typhone dissectum quaerentem Anubis comitatur ⟨*Plutarch., de Iside et Osiride c.* 14 *s. Aelian. hist. an.* X 45⟩: hinc Isidis luctus, hinc Anubidis saevities explicanda. Nec suus Aegyptiis defuit Aristaeus. Praeter Iachenem ⟨*Aelian. περὶ ϑείων ἐναργειῶν fr.* 115 *Hercher* = *Suid. s. v.* Ἰαχήν⟩, quem missum facio, Nilus pater, cum terrae sospitator contra Sirii aestum exstitisset ⟨*Pausan.* X 32, 10⟩, fluvii siderei — quem Eridanum solemus vocare — sidus fertur occupasse *Avien.* 796 *s.*:

Pharium pars altera Nilum
commemorat, largo segetes quod nutriat amni,
arentisque locos unda foecundat alumna.

Osiridis ipsius animam non ad sidera sed in Apin abiisse testes fere consentiunt ⟨velut *Plutarch. p.* 359; exquisitius ad Phaethontis Planetam rettulit *Achilles p.* 136 *Petav.*, unde non alienum videtur, quod Planetas Eudoxum ab Aegyptiis ad Graecos traduxisse *Seneca, quaest. nat.* VIII 3 tradidit⟩. — Fabulam quandam astronomicam restituimus, quamquam neque vere Aegyptiam neque nimis antiquam. Etenim secundum vulgarem opinionem Isin Aegyptii pro Luna vel pro Sirio habebant, quem daemonis instar antiquis fuisse supra dictum est *p.* 123 *s.* ⟨*Plutarch.* 21 *s.* 38. *Catast. p.* 170 *Rob. Diod.* I 27⟩. Is igitur qui ad Virginis sidus quod solemnis heroidis erat sedes Isin rettulit — nam qui in ea Fortunam seu Atargatin indagarent, recentioris fuisse videntur memoriae ⟨*Catast.* IX *p.* 82 *Rob.*⟩ — genuinam Aegyptiorum de diis opinionem cum prorsus neglexerit, vix inter ipsos Aegyptios sed inter eos Graecos quaerendus est, qui inde ab Alexandri Magni aetate de Aegyptiorum diis eo scripserunt consilio, ut multo eos Graecorum numinibus esse inferiores nec heroum apud Graecos nobilitatem excedere ostenderent. Neque igitur ex huiusmodi scriptoris sententia Osiris illa cultioris vitae beneficia, quae praebuisse hominibus ferebatur, ipse de suo invenire potuit sed aliunde accepit,

3) A filia ad patrem transeo: videtur enim Icarius ex inferis paene revocandus. Etenim postquam perspectum est, quantum novi in hac fabula molitus sit aut ipse Eratosthenes aut priorum curiositas, non sine veri specie possit concludi, ne necem quidem Icari, quippe quae ad catasterismum efficiendum prorsus sit necessaria, ad priscam et genuinam pagi fabulam pertinere. Ita iudicanti certum et invictum quod obvertatur non invenies: quamquam altera quaedam se obfert ratiocinatio, ne ea quidem tuta, at non improbabilis. Solent in fabulari populorum historia ii qui de genere humano praeclare meruerunt non modo nullum beneficiorum percipere fructum verum ipsi in capitis periculum adduci. Cum vini culturae propagatione illa fabularum recordatio arcto et naturali quodam vinculo in diversarum gentium memoria cohaerere videtur. Osirin cultioris vitae beneficiis vix distributis miseram oppetiisse mortem Aegyptii credebant; Bacchum apud Graecos paene nusquam sine periculo vinum donasse homi-

velut vini culturam ut par est a Baccho Africam peragrante: vides quam arcte fabula illa astronomica cum Bacchi per Africam expeditione cohaereat. Quae cum ita sint, gravissimum Leonis Pellaei testimonium ponderemus apud *Hygin.* II 20 *p.* 61, 20: *Sed de Ammonis simulacro Leon, qui res Aegyptias conscripsit, ait: cum Liber Aegyptum et reliquos fines regno teneret et omnia primus hominibus ostendisse diceretur, Ammonem quendam ex Africa venisse et pecoris multitudinem ad Liberum adduxisse, quo facilius et eius gratia uteretur et aliquid primus invenisse diceretur. Itaque pro beneficio ei Liber existimatur agrum dedisse, qui est contra Thebas Aegyptias; et qui simulacra faciunt Ammonis, capite cornuto instituunt, ut homines memoria teneant, eum primum pecus ostendisse. Qui autem Libero factum voluerunt adsignare, quod non petierit ab Ammone sed ultro ad eum sit adductum, simulacra illi cornuta faciunt et arietem memoriae causa inter sidera fixum dicunt.* Leonis igitur rationibus tam mythologicis quam astrotheticis — solet enim personas Aegyptiorum fabulares in caelo constituere ⟨*Robert. p.* 231⟩ — seriem illam catasterismorum isiacorum supra renovatam convenire adparet. Dolendum tamen est, quod incerta videtur Leonis aetas. Quod enim Leonis ad Olympiadem Augustino teste ⟨*de civ. Dei* VIII 27. *Ed. Schwartz, de Dion. Scyt.* p. 49—52⟩ ficta procul dubio circumferebatur epistula, nullum continere certum temporis indicium contra Lobeckium ⟨*Aglaoph.* II *p.* 1000⟩ recte monuit Wilamowitzius. Quamvis igitur tanta inter Eratosthenicam illam et Aegyptiam intercedat affinitas, ut altera ex altera videatur expressa, nihilo minus utra fabula sit vetustior, utra recentior nondum licet diiudicare. —

nibus multis constat testimoniis, velut Melanippidis Melii *fr.* 4 *Bergk* ⟨= *Ath.* IX 429 B⟩: *οἱ δὲ ἀγνοοῦντες τὴν τοῦ οἴνου δύναμιν τὸν Διόννσον φάσκουσι μανιῶν εἶναι αἴτιον τοῖς ἀνθρώποις βλασφημοῦντες οὐ μετρίως· ὅθεν ὁ Μελανιππίδης ἔφη·*

πάντες δ' ἀπεστύγεον ὕδωρ
τὸ πρὶν ἐόντες ἀϊδριες οἴνου·
τάχα δὴ τάχα τοὶ μὲν ἀπ' ὧν ὄλοντο,
τοὶ δὲ παράπληκτον χέον ὀμφάν.

At heroibus Icario praesertim quid acciderit, cum praeter Eratosthenem nemo quatenus scio testetur, cautius nos in medio relinquemus.

4) Quae igitur certa superest vetustae fabulae de Icario Atticae memoria? 'Ad Icarium et Phanotheam diversatus Bacchus vinum vitemque muneri hospitibus dedit. Ita factum, ut ex Icariensium pago et vini cultura et ludi dionysiaci[121]) ad ceteros Atticos pervenirent'.

Fere eadem ante hos triginta quinque annos breviter Otto Jahnius[122]) proposuit, cum anaglyphum illud quod vulgo ad Icari hospitium revocatur ex generaliore voventium sententia explicaret. Cuius argumentationi cum nihil amplius quod addatur habeam, in auspicata huius viri memoria mea desinat commentatio.

Berolini, Non. Nov. 1882.

ERNESTUS MAASS.

---

[121]) *Marm. Par. ep.* 54 supra adn. 81. *Ib. ἀφ' οὗ Θέσπις ὁ ποιητὴς ἐφάνη πρῶτος, ὃς ἐδίδαξε δρᾶμα ἐν ἄστει, καὶ ἐτέθη ὁ τράγος ἆθλον.*

[122]) *Arch. Beitr. p.* 205 *s.* Cf. etiam *F. Deneken, de Theoxeniis* ⟨*Berol.* 1882⟩ *p.* 38—56. *Archaeol. Zeit.* 1881 *p.* 271 *tab.* 14. Virum eum, qui Bacchum illo in anaglypho excipit, histrionem esse Robertus et Benndorfius viderunt. — Ceterum *schol. Luc. Deor. conc.* ⟨*III p.* 577⟩ abieci, quia ex *Catasterism.* et *schol. Aristoph. Ach.* 243 conflatum est. Nec melioris notae schol. Lucianeum a Rohdeo editum *mus. Rhen.* 1870 *p.* 557 *s.* ⟨De re *Lobeck. Agl. I* 660⟩. — Sileni personam non diversam esse ab Icario idem scholiasta ⟨*IV p.* 227⟩ de suo coniectat. Scholia in Ibin Ovidii ab Ellisio *p.* 101 edita ex scholiis Vergilianis videntur manavisse cf. Ellisii praef. *p.* 62. — Denique picturae nonnullae vasculares et gemma (cf. O. Jahn, *Arch. Zeit.* 1847 *p.* 131 *s.*) ad Erigonam Icari f. falso referuntur.

EPIMETRUM.

Postquam elegiae Eratosthenicae summam restituimus, quod supra *p.* 47 *adn.* 68 causam, cur Eratostheni 'Catasterismorum' sylloga supponeretur, cum 'Mercurium' tum ipsam praebuisse 'Erigonam' confidenter asseveravi, nunc satis credo stabilitum. Est autem ex iis quae hucusque disputata sunt haec fere libelli historia pertexenda: „Cum condita quaedam esset fabularum conlectio, quam aegre ferimus et auctore et certo carere tempore cf. *p.* 54 *s.*, anno c. 100 p. Chr. n. exstitit qui simul cum hac alias de sideribus narrationes et stellarum indices in unum congereret interpres Arateus. Quem Sporum fuisse Nicaeensem haud improbabiliter mihi *p.* 47 *s.* statuisse videor [1]). Secundo exeunte aut ineunte tertio p. Chr. n. saeculo interpretis thesauro supervenit epitomator is, qui Catasterismos nobis servavit. Qui in excerpendo rem ita instituit, ut testes si qui fuissent post Eratosthenem nullos produceret, uno excepto Hipparcho, quem vel Arato antiquiorem errore quodam interpretis et ipse deceptus putavit cf. *p.* 17 *s.*"

Catasterismos Roberti diligentiae et acumini debemus ita instauratos, ut, quamquam suppleri haud spernenda et possunt et debent, tamen in ipsis fere supplementis consistere liceret: nisi aliter tota haec quaestio nunc esset conformanda. Interpres enim ille Arateus iam undique componendus ad pristinamque revocandus est integritatem. Quod cum harum litterarum emolumento alio tempore simul cum nova, qua opus est, Phaenomenorum recensione praestare conabor. 'Catasterismorum'

[1]) De Spori tempore aliunde non constat. — In compendia astronomica olim transiisse 'Catasterismos' codex probat Cantabrigiensis Univ. L l IV 2 saec. XV fol. 79—89.

igitur libellus scriptis pseudepigraphis accensendus. Inter quae propterea eminet, quod non solum ad mythologiam spectat, verum cum astronomiae graecae historia arctissime cohaeret. Pseudepigraphis neutra caret disciplina. Velut APOLLODORI bibliothecam mythicam non diu est ex quo scriptori *περὶ θεῶν* celeberrimo Robertus eripuit. Ad EMPEDOKLEM Phaenomenorum Arateorum revocatur paraphrasis metrica cum alibi tum in Parisino 2381 fol. 69ᵃ saec. XV servata cf. Fabricii *bibl. gr.* I *p.* 814 *s. Harles: Ἐμπεδοκλέους ἀπλανῶν ἀστέρων σφαῖρα* et *τοῦ αὐτοῦ Ἐμπεδοκλέους πλανητῶν ἀστέρων σφαῖρα.* Scitu dignum, eandem etiam THEONIS astronomi prae se ferre auctoritatem cf. Jacobs *Anth. gr.* III 225. Inclutum HIPPARCHI nomen exilis quaedam de duodecim zodiaci signis disputatio in Parisino 2426 saec. XV tradita ementitur. Decurtata eadem multis codicibus circumfertur, velut Ambrosiano (cf. supra *p.* 39 *adn.*), Marciano 303 s. XIV, Londinensi (inter Arundelianos 528) ita tamen, ut ex auctiore archetypo eam adpareat esse excerptam. Quam cum nemodum promulgasse videatur, placet subiungere, postquam de illius origine nonnulla praemisero.

Ac primum quidem cum vel Claudii Ptolemaei Geographiae aperta commonstret vestigia, constat non potuisse illam ante tertium p. Chr. saeculum componi. Deinde ab Hephaestione philosopho Aegyptio — quarti ut videtur saeculi cf. Salmasius *de annis climactericis p.* 533 — plurima mutuatus est Anonymus, velut quae ad geographiam spectant simul cum ipsa Ptolemaei doctrina integra itemque signorum explicationes apotelesmaticas, quas plerumque ad terrae Aegyptiae naturam adaptatas invenies, velut si messis mense Aprili institui narratur, alia. Dolendum vero est, quod florilegium illud astrologicum, in quo Hephaestionea nobis servata sunt, ex libro Laurentiano nondum editum est cf. *Hermes* 1881 *p.* 390 *s.*: fortasse etiam ea, quae I. Camerarius (*Astrologica Norimbergi* 1532) omisit, cum Pseudohipparcho possent conferri. — Nonnulla aliunde Anonymus adscivit, velut quae de pisce illo Pontico exposuit*). Iatromathematica,

*) Cf. Plin. *N. H.* 32, 149.

quae hic illic immiscuit, cum Mercurii Trismegisti libello astrologico apte comparari possunt. — Auctiorem disputatiunculam ad codicem Marcianum recensui, adsumpto H(ephaestione) vitiis liberare studui; littera *W* Wilamowitzii emendationes significavi. Brevius exemplar ex Marciano subiunxi, a quo ceteri libri vix differunt.

I. *Ζῴδιον πρῶτον· μὴν Μάρτιος ἔχων ἡμέρας λᾱ· ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας ιβ̄ καὶ ἡ νὺξ ὥρας ιβ̄· ζῷον πρῶτον ὁ Κριός· καὶ δὴ λαβόντες ἀρχὴν τοῦ ζῳδιακοῦ τὸν Κριὸν τέλος δὲ τοὺς Ἰχθύας ἐλάβομεν καὶ τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων ἀρχὴν μὲν τὴν κεφαλὴν τέλος δὲ τὰ ἄκρα τῶν ποδῶν· φασὶν οὖν κυριεύειν μὲν τὸν Κριὸν τῆς κεφαλῆς, Ταῦρον δὲ τραχήλου, ὤμων δὲ Διδύμους, Θώρακος δὲ Καρκίνον, στομάχου δὲ καὶ πλευρῶν Λέοντα, λαγόνων δὲ καὶ τῆς ἄνω κοιλίας Παρθένον, ἰσχύων δὲ καὶ γλουτῶν Ζυγόν, αἰδοίων δὲ καὶ κύστεως καὶ βουβώνων Σκορπίον, μηρῶν δὲ Τοξότην, γονάτων δὲ Αἰγόκερω, κνημῶν δὲ Ὑδροχόον, ἄκρων δὲ ποδῶν Ἰχθύας· τοσαῦται αἱ τῶν ζῳδίων προσηγορίαι· ἐν τούτῳ οὖν τῷ ζῳδίῳ γενόμενος ὁ ἥλιος κριτὴς ἀδέκαστος γίνεται ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἰσόωρον αὐταῖς ἀπονέμων δικαίαν κρίσιν· ἀρρενικὸν δὲ τὸ ζῴδιον οἷον ἀρρενωπὸν καὶ πάσης ἐνεργείας αἴτιον καὶ βασιλικὸν καὶ τροπικόν· εἰκότως· ἐν γὰρ τούτῳ τῷ ζῳδίῳ γενόμενος ὁ ἥλιος τρέπει τὴν ἄκραν ψυχρότητα καὶ μεταβάλλει εἰς θερμότητα σύμμετρον καὶ ποιεῖ τὸ ἔαρ.*

II. *Ζῴδιον δεύτερον· μὴν Ἀπρίλιος· ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας ιγ̄ καὶ ἡ νὺξ ὥρας ιᾱ· ζῷον δεύτερον ὁ Ταῦρος· εἴπωμεν οὖν ἐφεξῆς*

I. *Κριὸς λέγεται, ὅτι ἐν ἐκείνῳ τῷ μηνὶ ὁ ἥλιος ἄρχεται τρέπεσθαι ἀπὸ τῆς χειμερίας ὥρας ἐπὶ τὴν ἐαρινὴν καὶ ἐν ἴσαις ὥραις κρίνει τήν τε νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν.*

---

1 *ἱππάρχου περὶ τῶν δώδεκα ζῳδίων* 2 *ζῷον πρῶτον ὁ Κριός suppl. W* 4 *περὶ post καὶ omisi* 4 *τῆς κεφαλῆς* 5 *ἔφθασαν* 6 *τράχηλον* 7 *πλευροῦ* 10 *καὶ post ἄ. δὲ omisi* 11 *τοσαῦτα τῶν ζῳδίων: supplevi ex H κεφαλὴν τοῦ κόσμου προσαγορεύουσι κτέ* 12 *ἐν τούτῳ οὖν τῷ ζῳδίῳ suppl. W* 14 *ζῴδιον supplevi* 14 *μοναδικὸν καὶ τρ.: correxi ex H τὸ δὲ ζῴδιον τοῦτό ἐστι τροπικὸν ἀρρενικὸν βασιλικὸν προστάσσον* 19 *ζῴδιον* 19 *καὶ post οὖν del. W* 20 *ἱππάρχου περὶ τῶν δώδεκα ζῳδίων* 20 *ὁ ἥλιος supplevi* 22 *κρίνειν.*

τήν τε τοῦ Ταύρου καὶ τῶν ἑπομένων τούτῳ τῷ ζῳδίῳ ὀνομασίαν· Ταῦρον ὠνόμασαν διὰ δύο αἰτίας· ἢ διὰ τὸ ἐν τούτῳ τῷ ζῳδίῳ γενόμενον τὸν ἥλιον οἶστρον ἐμβάλλειν τοῖς ταύροις καὶ ἐκμαίνειν αὐτοὺς πρὸς συνουσίαν, ἢ διὰ τὸ ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ τὸν ἄμητον γίνεσθαι· ἔστι δὲ ὁ ἄμητος ἐργασία βοῶν.

III. Ζῴδιον τρίτον· μὴν Μάιος· ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας ιδ̄ καὶ ἡ νὺξ ὥρας ι. ζῷον τρίτον οἱ Δίδυμοι· Διδύμους δὲ αὐτοὺς ὠνόμασαν, οὐχ ὅτι δύο φαίνονται ἐν τῷ οὐρανῷ, ὡς φασί τινες, εἴδωλα ἀνθρωπόμορφα, ἀλλ' ὅτι ἐν τούτοις γενόμενος ὁ ἥλιος διττὴν κρᾶσιν καιροῦ ἀπεργάζεται· πέρας μὲν γὰρ δίδωσιν ἔαρι ἀρχὴν δὲ τῷ θέρει, ὥστε καὶ ἄκρατον εἶναι τὸ περιέχον, καὶ τρέπει τὸν ἀέρα ἐπὶ τὸ θερμότερον· ἐν ταύτῃ τῇ τριζῳδίᾳ ἀπαρτίζεται [ἡ τοῦ ἀέρος καὶ] τῆς ἐαρινῆς τροπῆς ἡ ὥρα, ἥτις καλεῖται ἔαρ· τριζῳδίαν δὲ λέγω Κριὸν Ταῦρον καὶ Διδύμους· ἐν γὰρ τοῖς τρισὶ τούτοις ζῳδίοις καὶ ἀρχὴν καὶ μεσότητα καὶ πέρας λαμβάνει ἡ τοῦ ἀέρος κατάστασις. ἀέρα δὲ ἐκάλεσαν τὸ ἔαρ δηλοῦντες αὐτὴν τὴν κρᾶσιν, ὅτι μὴ καὶ ὑγρόν ἐστι συμμέτρως· ὅθεν καὶ τὴν ἀνωμαλίαν ταύτην ἐκ τοῦ στοιχειώδους ἀέρος ἔλαβεν· τοιοῦτος γὰρ ὁ ἀὴρ τῇ κράσει.

II. Ταῦρος ἐκλήθη, ὅτι πολεύοντος τοῦ ἡλίου εἰς τὸν οἶκον ἐκεῖνον τὰς ἅλωνας ἑτοιμάζουσιν οἱ Αἰγύπτιοι διὰ τοῦ ταύρου, ἢ ὅτι κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν οἶστρος ἐγγίνεται τοῖς ταύροις, ἄλλως τε καὶ ἡ τῆς σελήνης σύνοδος ἡ ἐν τῷ Ταύρῳ γινομένη σημαίνει τὴν τῶν ὑδάτων τοῦ Νείλου μέλλουσαν γίνεσθαι φοράν· διὸ πρὸς τὴν τοῦ ταύρου φωνὴν τὸ ὕδωρ μῶς οἱ Αἰγύπτιοι ὡς δηλωτικὸν ὑδάτων ἐκάλεσαν· μῶς γὰρ παρ' αὐτοῖς τὸ ὕδωρ σημαίνει.

III. Δίδυμοι ἐλέχθησαν, ὅτι πολεύοντος εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον τοῦ ἡλίου τὰς κοινωνίας καὶ πραγματείας καὶ συναλλαγὰς οἱ Αἰγύπτιοι ἐποιοῦντο πρὸς ἀλλήλους.

---

1 λειπομένων: *corr. W* 1 ὀνομασίαν *supplevi ex Hephaestionis titulo* περὶ τῆς τῶν ιβ μορίων ὀνομασίας καὶ δυνάμεως: αἰτίαν *W* 2 διὰ τὸ *supplevi* 3 ἄστρον 5 γενέσθαι 5 ἔσται 7 ζῴδιον 14 ἀήρ: *corr. W* 21 τὸν ταῦρον 22 καϊ' αὐτὸν τὸν 27 ἐλέγχθησαν 27 εἰς *supplevi.*

IV. *Ζῴδιον τέταρτον· μὴν Ἰούνιος· ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας ιε̄ καὶ ἡ νὺξ ὥρας θ̄. ζῷον τέταρτον ὁ Καρκίνος· ὅτι μὲν τοῦτο τῶν ἐν ὕδασι διαιτωμένων ἐστίν, ὡμολόγηται· τίνος δὲ ἕνεκα ταύτην τὴν ὀνομασίαν ἔλαβε τὸ μέρος τούτου τοῦ ζῴου, εὔλογον ἐξειπεῖν· διπλῆν γὰρ τούτου αἰτίαν ἀποδιδόασιν, ἢ διὰ τὸ βορειότατον εἶναι ὡς ψυχροῦ καὶ ἐν ὕδασι διαιτωμένου (τοιοῦτος δὲ καὶ ὁ βορρᾶς) ἢ ὅτι, ὥσπερ τὸ ζῷον τοῦτο ἐν τῷ βαδίζειν οὐκ ἐπ' εὐθείας κινεῖται ἀλλ' εἰς τοὐπίσω, οὕτω καὶ ὁ ἥλιος ἐν τούτῳ τῷ ζῳδίῳ γενόμενος ἄρχεται λοιπὸν ἐπὶ τὰ νότια χωρεῖν καὶ ὥσπερ ὑποποδίζειν.*

V. *Ζῴδιον πέμπτον· μὴν Ἰούλιος· ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας ιδ̄ καὶ ἡ νὺξ ὥρας ι· ζῷον πέμπτον ὁ Λέων· Λέοντα ὠνόμασαν τοῦτο τὸ ζῷον διὰ τρεῖς αἰτίας. φασὶ γὰρ οἰκειότητα πολλὴν κεκτῆσθαι πρὸς τὸν Λέοντα τὸ ζῷον τὸ ἐν οὐρανοῖς ζῴδιον· ἐστὶ δὲ βασιλικὸν ἐν ζῴοις· φασὶν οὖν· ἐπειδὰν ὁ ἥλιος γένηται ἐν τῷ Λέοντι, οἶστρον ἐμβάλλει τοῖς λέουσιν ἀνακινῶν αὐτοὺς πρὸς συνουσίαν καὶ ἀφροδισίαν ὁρμήν· ἢ ὅτι θερμότατον ὑπάρχει τῇ κράσει καὶ βασιλικόν· ἴσμεν δέ, ὅτι καὶ οἶκος τοῦ ἡλίου τὸ ζῴδιον τοῦτο· καὶ ἐν αὐτῷ γενόμενος ⟨ὁ ἥλιος⟩ ἄκραν ἐργάζεται θερμότητα ἐνδεικνύμενος τὴν πρὸς τὸ ζῷον σχέσιν. ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ θερμαινόμενοι οἱ λέοντες ἐκ τῆς ἀμετρίας τοῦ περιέχοντος καὶ μανικῷ συσχεθέντες οἴστρῳ φεύγουσιν ἐκ τῆς Ἀραβίας ἐρήμου ἐπὶ τὴν Αἰθιόπων γῆν, ἥτις ὠνόμασται Τρωγλοδυτική. φασὶ γὰρ ἐκεῖσε ῥύακας εἶναι τοῦ Νείλου ὕδατος ποι-*

IV. *Καρκίνος, ὅτι πολεύοντος τοῦ ἡλίου εἰς τὸν τόπον ἐκεῖνον ἡ τῶν καρκίνων μέταρσις ἀπὸ τοῦ Νείλου γινομένη δηλοῖ τὴν τῶν ὑδάτων ἀνάβασιν· ἀφίστανται γὰρ τῆς ὄχθης τοῦ Νείλου πῆχυν ἐπὶ τὴν γῆν· καὶ οὕτω γίνεται δήλη πᾶσιν ἡ τοῦ Νείλου μέτρησις.*

V. *Λέων δὲ ἐλέχθη, διότι, ὃν τρόπον ἐστὶ τὸ ζῷον θερμόν, οὕτω καὶ ὁ μὴν καυματώδης ἐστίν.*

---

2 ζῴδιον 2 τὸ *post* ὅτι *om. W* 3 διαιτομένων 4 ζῳδίου : *corr. W* 6 ψυχρὸν *et* διαιτώμενον : *corr. W* 9 ἢ καί 10 ὑποδίζειν 12 ζῴδιον 13 ζῴδιον 13 ὅτι *post* γὰρ *omisi* 17 ἀφροδισίων : *corr. W* 18 ὁ *post* καί *omisi cf. H* ἐστὶ δὲ οἶκος ἡλίου ἡμερινὸν τετράπουν στειρῶδες βασιλικὸν κτέ 22 συσχεθέντι 23 ὠνόμασθαι 24 καὶ *post* ὕδατος *om. W.*

οὔντας συστήμαια λιμνώδη, ἐν οἷς ἐκφύεται πλῆθος ὕλης καὶ μάλιστα καλάμων, εἰς οὓς καταδυόμενοι καὶ φωλεύοντες ἀναψύχουσιν ἐκ τῆς τοῦ καύσωνος ἀμετρίας· τάχα δέ, ἐπειδὴ οἱ ἑλώδεις τόποι τίκτουσι πλῆθος κωνώπων καὶ τούτους δεδοικότες οἱ λέοντες κρύπτουσιν ἑαυτοὺς πᾶσαν τὴν ἡμέραν εἰς τὴν τῶν καλάμων ὕλην φεύγοντες τὴν τῶν ἐλαχίστων ζῴων ἐνέργειαν καὶ ἑαυτοῖς ἐπαγόντων ἀναίρεσιν. ταῦτα γὰρ τοῖς μυκτῆρσιν αὐτῶν ἐπεισδυόμενα οὕτως αὐτοὺς πλήττει, ὥστε καὶ ἐκμαίνεσθαι παρασκευάζειν· διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἡσυχάζειν φασὶν ἅπασαν τὴν ἡμέραν τὸν λέοντα, ὅστις ἄν, εἰ μὴ ἐγίνετο, ὄλεθρον ἐπῆγεν πάσῃ τῇ Αἰθιόπων γῇ.

VI. Ζῴδιον ἕκτον· μὴν Αὔγουστος. ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας $\overline{\iota\gamma}$, καὶ ἡ νὺξ ὥρας $\overline{\iota\alpha}$. ζῷον ἕκτον ἡ Παρθένος. τοῦτο τὸ ζῷόν φασιν οἱ ποιηταὶ ὑπάρχειν τὴν Δίκην· ἀλλὰ τίς μὲν ἡ αἰτία, οὐ πρόκειται λέγειν τοῦ Δίκην ὀνομάζεσθαι παρὰ τοῖς ποιηταῖς, τὴν δὲ ἐνέργειαν ζητῆσαι εὔλογον τὴν τοῦ ἡλίου, ἣν ἀπεργάζεται γενόμενος ἐν τῷ ζῳδίῳ· τοῦτον γὰρ καταλαβὼν ὁ ἥλιος τὸν τόπον γυμνὴν δείκνυσι τὴν γῆν τῶν ἑαυτῆς καρπῶν, διὰ τὸ ἐν ἀποθήκαις πάντα τὰ ἐκ γῆς συναχθέντα ἐναποκεκλεῖσθαι, καὶ τρόπον τινὰ οὕτως αὐτὴν φαίνεσθαι, ὡς τὴν ἀρχὴν καρποὺς μὴ ἔχουσαν, ἀλλ' οἷον στεῖράν τινα καὶ παρθένον φαίνεσθαι τὴν γῆν.

VII. Ζῴδιον ἕβδομον· μὴν Σεπτέμβριος· ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας $\overline{\iota\beta}$ καὶ ἡ νὺξ ὥρας $\iota\beta$. ζῷον ἕβδομον ὁ Ζυγός· καλλίστην τινὰ καὶ ταύτην ἀπεδώκασι τὴν ἐτυμολογίαν τῷ Ζυγῷ. φασὶ γάρ· ζυγὸς οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ διαιρετικὴ τῶν ἀνίσων σταθμῶν καὶ

VI. Παρθένος δὲ ἐκλήθη, ὅτι τοῦ ἡλίου πολεύοντος εἰς τὸν τόπον ἐκεῖνον παρθένος ἐστὶν ἡ γῆ, ἤτοι ἄσπορος γεννημάτων.

VII. Ζυγὸς δὲ ἐκλήθη, ὅτι ἡλίου πολεύοντος εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον ἰσημερία γίνεται.

---

2 φολεύοντες 3 ἑαυτοὺς *ante* ἐκ *suppl. W* 3 ἐκ τε τῆς 4 καὶ τὸν : τὸν *del. m*^{2} 4 δεδοιάτες : δεδοιότες *m*^{2} 6 ἐπειρίαν 7 ἐπάγειν 7 ταῖς μυκτῆσιν 10 ὡς εἶναι εἰ μὴ — ἐπῆγον : *corr. W* 12 *Z. ἕ. supplevi* 13 ζῴδιον 13 ζῷδιον 16 ζητοῦσα : ζητοῦσιν *W* 17 τούτῳ *suppl. W* 17 γάρ *suppl. W* 18 διότι — ἐναποκλεῖσθαι : *corr. W* 20 ἔλουσαν 21 στήρας 21 παρθένου 22 *Z. ἕβδ. supplevi* 24 ἑτοιμολογίαν 25 ἢ λεκτική : ἢ ἐλεγκτική *coni. W.*

βαρῶν· ἐπειδὴ οὖν ὁ ἥλιος ἐν τούτῳ γενόμενος τῷ ζῳδίῳ ἴσην ἀπονέμει ἡμέρα τε καὶ νυκτὶ τὴν τῶν ὡρῶν ποσότητα, ὥσπερ δικαστὴς ἄριστος πρὸς τοὺς δικαζομένους ἔχει· ἐν τούτῳ γὰρ τῷ ζῳδίῳ γενόμενος ὁ ἥλιος ποιεῖ τὴν φθινοπωρινὴν ἰσημερίαν.

VIII. *Ζῴδιον ὄγδοον· μὴν Ὀκτώβριος· ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας ιαˉ καὶ ἡ νὺξ ὥρας ιγˉ. ζῷον ὄγδοον ὁ Σκορπίος· ὁ Σκορπίος ἐκλήθη τὸ ζῷον ἢ διὰ τὸ ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ τοῦ ἡλίου γενομένου πάντας τοὺς τῆς γεωργίας μεταχειρίζεσθαι πόνους, καὶ σκορπίζεσθαι τὰ σπειρόμενα ἐν τῇ γῇ, ἢ ὅτι, ὃν τρόπον οἱ σκορπίοι τὰ κέντρα πρὸς τὴν πληγὴν ἔχουσι, τοῦτον καὶ ὁ γεωργὸς τὸ ἄροτρον πρὸς τὴν γῆν.*

IX. *Ζῴδιον ἔνατον· μὴν Νοέμβριος· ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας ι καὶ ἡ νὺξ ὥρας ιδˉ. ζῷον ἔνατον ὁ Τοξότης· [ἡ τοξικὴ τὸ βέλος πρός τινα κέκτηται σκοπόν· σκοπὸς γὰρ καὶ αὐτῆς τὸ βέλος ἐστὶν ἀκοντίσαι ἐν ὡρισμένῳ τινὶ τόπῳ· ἐπεὶ οὖν ὁ ἥλιος ἀπὸ τῶν βορείων ἀρχόμενος ἐπὶ τὰ νότια σκοπὸν ἔχει φθάσας ὡρισμένον, πάλιν ἐν αὐτῷ κλίνεται καὶ ὑποστρέφει ἐπὶ τὰ βόρεια, ἕως οὗ καταλαβὼν ὁ ἥλιος ἄρξηται πάλιν ἀπ' αὐτοῦ ὑποχωρεῖν ἐπὶ τὰ*

VIII. *Σκορπίος δὲ ἐκλήθη, ὅτι τοῦ ἡλίου πολεύοντος εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον ὁ σκορπισμὸς γίνεται τῶν γεννημάτων ἐπὶ τὴν γῆν, ἢ ὅτι, ὃν τρόπον ὁ σκορπίος ἔχει τὸ κέντρον πρὸς τὸ πλήσσειν, οὕτως ὁ γεωργὸς πρὸς τὴν γῆν τὸ ἄροτρον.*

IX. *Τοξότης ἐκλήθη διὰ τὸ ἐν αὐτῷ τὸν ἥλιον ὀξυτάτην ποιεῖσθαι τὴν τοῦ πόλου διαδρομήν, ἢ καὶ ἄλλως· ὥσπερ γὰρ ὁ τοξικὴν μεταχειριζόμενος ἀφίησι τὸ βέλος ἐπί τινα σκοπὸν καὶ πάλιν ἀνθέλκων εἰς τοὐπίσω πρὸς τὸν αὐτὸν ἀφίησι τόπον, οὕτω καὶ ὁ ἥλιος καταλαβὼν τὸν Καρκίνον ἄρχεται πάλιν ἀπ' αὐτοῦ ὑποχωρεῖν ἐπὶ τὰ νότια.*

---

2 ἀπονέμειν ἡμέραν τε καὶ νύκτα : ἡμέρᾳ τε καὶ νυκτί *W* 3 ἔχει *supplevi* 5 *Z.* ὄγδ. *supplevi* 6 ζῴδιον 7 ζῴδιον 7 γενόμενον 8 σκορπίζειν 10 τοῦτο 10 ὁ γεωργὸς *supplevi* 10 περὶ 12 *Z.* ἔ. *supplevi* 13 ζῴδιον 13 *Sequentia uncis inclusi, quia totidem fere verbis inferius iterantur* 15 ὁρισμῷ : ὁρισμένῳ m^2 16 φθάσαι 17 δὲ *ante* ἐν *omisi* 17 κλ. ν .. m^1, κλίνεται m^2 22 οὕτω τὸν γεωργόν 27 καταλαχών 27 ἄρξεται 28 νότα.

νότια· καὶ διὰ τοῦτό Τοξότην ὠνόμασαν τὸ ζῷον·] ὥσπερ γὰρ ὁ τοξικὴν μεταχειριζόμενος ἀφίησι τὸ βέλος ἐπί τινα σκοπὸν καὶ πάλιν ἀνθέλκων εἰς τὸ ὀπίσω ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἀφίησι τόπον, οὕτω καὶ ὁ ἥλιος καταλαβὼν τοῦτο τὸ ζῴδιον πάλιν ἐξ ὑποστροφῆς ἐπάνεισιν ἐπὶ τὰ βόρεια· τοῦτο οὖν ποιεῖ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ ὁ ἥλιος, λέγω δὴ ἐν τῷ Τοξότῃ.

X. Ζῴδιον δέκατον· μὴν Δεκέμβριος· ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας $\overline{ϑ}$ καὶ ἡ νὺξ ὥρας $\overline{ιε}$· ζῷον δέκατον ὁ Αἰγοκέρως. τοῦτο τὸ ζῴδιον διάφορον ὑποτιθέασιν ἀστρολόγων παῖδες· τὰ μὲν γὰρ ἔμπροσθεν αἰγὶ ἀφομοιοῦσι, τὰ δ' ὄπισθεν ἀπὸ τῆς ἰξύος κήτει, ὥστε νοεῖν ἡμᾶς ἐκ τῆς τοιαύτης διαμορφώσεως πέρας μὲν εἶναι φθινοπώρου ἀρχὴν δὲ χειμῶνος· ἴσμεν γάρ, ὡς ξηρότατον αἶξ ἐν τοῖς ζῴοις ὑπάρχει· ἔνυγρον δὲ καὶ ψυχρὸν τὸ κῆτος· ἐπεὶ οὖν ἐν τούτῳ τῷ ζῳδίῳ γενόμενος ὁ ἥλιος περατοῖ μὲν τὸ φθινόπωρον ἄρχει δὲ τοῦ χειμῶνος, διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην δύο μορφὰς ζῴων αὐτῷ περιέθηκαν.

XI. Ζῴδιον ἑνδέκατον· μὴν Ἰανουάριος· ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας ι καὶ ἡ νὺξ $\overline{ιδ}$. ζῷον ἑνδέκατον ὁ Ὑδροχόος. τούτου τοῦ ζῳδίου ἄτοπόν ἐστιν αἰτίας ἀποδιδόναι φανερὰς πᾶσιν ὑπαρχούσας τοῦ ὀνόματος· παρὰ γὰρ τὸ χύσιν ποιεῖν τῶν ὑδάτων ἐν τούτῳ τῷ ζῳδίῳ γενόμενον τὸν ἥλιον Ὑδροχόον ὠνόμασαν.

XII. Ζῴδιον δωδέκατον· μὴν Φεβρουάριος· ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας $\overline{ια}$ καὶ ἡ νὺξ ὥρας $\overline{ιγ}$. ζῷον δωδέκατον Ἰχθύες. καλλίστη

X. Αἰγοκέρως ἐστὶ ζῷον διφυές· τὰ μὲν ἔμπροσθέν ἐστι παρόμοια τῇ φύσει καὶ ξηρά, τὰ δὲ ὄπισθεν κήτει τῷ ἐνύγρῳ καὶ ψυχροτάτῳ· καὶ ὁ ἥλιος γοῦν ἐν τῷ τοιούτῳ ζῳδίῳ εἰσελθὼν περατοῖ μὲν τὸ φθινόπωρον τὸ ξηρόν, ἄρχεται δὲ τοῦ χειμῶνος τοῦ ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ.

XI. Ὑδροχόος ὠνόμασται παρὰ τὸ χύσιν ὑδάτων ποιεῖν ἐν αὐτῷ τὸν ἥλιον γενόμενον.

---

1 ζῴδιον 3 τὰ ὀπ. 5 ἐπ. *supplevi* : ἀνίησι *in lacuna* m^2 5 ποιεῖν 8 ζῴδιον ὁ Αἰγ. : ζῷον δέκατον *W* 11 ἐκεῖ τοιαύτης : *corr. W* 12 ἀρχεῖν : ἀρχὴν m^2 12 ξηρότατον ἦ 12 αἶξιν ἐν : *corr. W* 14 ἄρχειν 17 *Z.* ἑνδ. *supplevi* 18 ὁ *supplevi* 22 *Z.* δωδ. *supplevi* 25 ἐν ὑγρῷ 26 ὑγροτάτῳ : ψυχροτάτῳ *Ambrosianus* 26 γοοῦν.

καὶ θαύματος ἀξία καὶ ἡ τούτου τοῦ ζῳδίου ἱστορία τυγχάνει· φασὶ γὰρ ἐν τούτῳ τῷ ζῳδίῳ γενόμενον τὸν ἥλιον ἀνακινεῖν πρὸς οἶστρον τοὺς ἰχθύας εἰς ὑπόμνησιν ἄγων τῆς οἰκείας κυήσεως· καὶ ὅτι ἀληθὴς ὁ λόγος, ἔνεστι γνῶναι παρὰ τῶν τὸν Πόντον οἰκούντων· ἐκεῖσε γὰρ ὑπάρχει καὶ ἡ λίμνη ἡ καλουμένη Μαιῶτις ἀπεριόριστος τῷ μεγέθει, ἐν ᾗ πᾶς ἰχθὺς ἀπομαιοῦται, ὅθεν καὶ Μαιῶτις ὠνομάσθη· φασὶ γάρ, ὅτι ἐν ἀρχῇ τοῦ ἔαρος ἐξέρχεται πᾶς ἰχθὺς ἀπὸ τῆς λίμνης ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν Ποντικήν· καὶ γίνεται ἐκ τῆς ἀθρόας αὐτῶν ἐκδύσεως τοσαύτη ῥοὴ καὶ ἦχος τοῦ ῥεύματος, ὥστε διήκειν τὸν ἦχον τῶν ὑδάτων καὶ ἀκούεσθαι [ὑπὸ τὸν Βόσπορον καὶ] τοῖς ἐν τῷ Βοσπόρῳ οἰκοῦσιν καίπερ πολλῷ διεστηκότι τῆς λίμνης περίπου σταδίους ἑπτακοσίους· οὐκ ἂν δὲ τοῦτο ἐγίνετο, εἰ μὴ ἀπὸ τῆς οἰκείας φύσεως ὀργῶντες οἱ ἰχθύες κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν εἰς μῖξιν ἐκινοῦντο.

Τοῖς γοῦν τοιούτοις δώδεκα ζῳδίοις ὑποτάσσουσι κλίματα τοῦ κόσμου καὶ μέρη τοῦ σώματος ταῦτα·

ὁ μὲν Κριὸς περιέχει κλίματα τόπων ταῦτα· Περσίαν Βρετανίαν καὶ Κιλικίαν· μέρη δὲ τοῦ σώματος· κεφαλὴν καὶ τὰ σὺν αὐτῇ.

ὁ δὲ Ταῦρος περιέχει κλίματα τόπων· Βαβυλωνίαν τὴν ἐντὸς Παρθίας Μηδίαν Περσίδα νήσους Κυκλάδας Κύπρον καὶ τὴν

XII. Ἰχθύες δὲ καλεῖται τὸ ζῴδιον διὰ τὸ τὸν ἥλιον τῷ τοιούτῳ ζῳδίῳ περιγενόμενον οἶστρον τοῖς ἰχθύσιν ἐμβάλλειν εἰς ὑπόμνησιν ἄγοντα τῆς οἰκείας ἀποκυήσεως· καὶ τοῦτο ἔξεστι γνῶναι παρὰ τῶν οἰκούντων τὸν Πόντον, ἔνθα ἐστὶν ἡ Μαιῶτις λίμνη, ἐν ᾗ πᾶς ἰχθὺς ἀπομαιοῦται· ὅθεν καὶ Μαιῶτις ἡ τοιαύτη λίμνη ἐπωνομάσθη. —

---

2 ἐν *suppl. W* 5 λίμνη καλ. μαιώτης 6 ἐν οἷς : ἐν ᾗ *vel* ἔνθα *W*, ἐν η *Epitoma* 7 μεώτης 10 ἀκούεται : ἀκούεσθαι m^2 11 τοῖς ἐν τοῖς 11 ἀκοῦσαι, *verba* καὶ *usque ad* οἰκοῦσιν *om. W* 12 διαστηκότι : διεστηκότα *W* 14 τέλος : *omisi, quoniam eandem continuari disputatiunculam H probat* 15 τὰ γ. τοιαῦτα ζῴδια 15 ὑποτάσσουσι 15 κλήματα ἐκ 17 ἤτοι : *omisi* 18 καὶ κυλικίαν : κοίλην συρίαν *H* 18 αὐτοῖς m^2 19 κλήματα : *corr.* m^2 20 μησίαν 20 περσίαν.

μικραν Ἀσίαν· μέρη δὲ τοῦ σώματος· τένοντα τράχηλον κύρτωσιν κατάπτωσιν χειράδας καὶ μυκτῆρας.

οἱ Λίδυμοι περιέχουσι τόπων κλίματα· Καππαδοκίαν Μαρμαρικὴν Ἀρμενίαν Βακτριανὴν Κυρηναϊκὴν καὶ Αἴγυπτον· μέρη δὲ σώματος· ὤμους.

ὁ Καρκίνος περιέχει τόπους κλιμάτων· Καρχηδονίαν Ἀφρικὴν Νουμιδίαν Ἀρμενίαν Κολχικὴν Φρυγίαν Βιθυνίαν· μέρη δὲ σώματος· στῆθος καρδίαν σπλῆνα στόμαχον μαστοὺς καὶ κρυφίους τόπους.

ὁ Λέων περιέχει κλιμάτων τόπους· Ἀσίαν Ἰταλίαν Χαλδαίαν Ἀπουλίαν Φοινίκην Γαλλίαν· μέρη δὲ σώματος· νεφροὺς ὀστᾶ ὄσφραν καρδίαν καὶ ὅρασιν.

ἡ Παρθένος περιέχει Βαβυλωνίαν μέσην Αἰθιοπίαν Ἑλλάδα Ἰωνίαν Μεσοποταμίαν Κρήτην Σικελίαν καὶ Ἀχαΐαν· μέρη σώματος· κοιλίαν ἐντόσθια κύστιν κῶλα ὀπίσθια.

ὁ Ζυγὸς τὸ ζῴδιον περιέχει Λιβύην Κυρήνην Βακτριανὴν Κασπίαν Συρικὴν Θηβαΐδα Τρωγλοδυτικήν· μέρη σ[ι]ματος· γλουτοὺς μηροὺς ὀσχέας κύστιν κῶλα ὀπίσθια.

ὁ Σκορπίος περιέχει Γαιτουλοὺς Μαυριτανοὺς Ἰταλοὺς Καππάδοκας Κομμαγηνοὺς Σύρους καὶ τὰ πλησίον Εὐφράτου· μέρη σώματος· αἰδοῖα κύστιν βουβῶνας καὶ ἕδραν.

ὁ Τοξότης περιέχει Ἀραβίαν τὴν εὐδαίμονα Τύρον Κιλικίαν Κρῆτας Ἱσπανίαν· μέρη σώματος· μηροὺς βουβῶνας φαλακρώσεις καὶ περισσομύλους.

ὁ Αἰγοκέρως περιέχει Ἰνδοὺς Ἀριανὴν Γεδρωσίαν Θρᾴκην Μακεδονίαν τὴν πολύφημον πόλιν· μέρη σώματος· γόνατα νεῦρα ῥεύματα ὑγρὰ μανίας ὀχλήσεις ἀμαυρώσεις ἀσελγείας καὶ αἰσχρότητας·

---

1 καὶ μ. Ἀ. 1 τράχειλον 3 τόπους κλημάτων, *ut semper* 3 καππαδοκίας 4 χυριανήν : *correxi ex H* 5 δὲ *supplevi* 5 καὶ *ante* ὤμους *omisi* 6 καρκιδονίαν 7 νομαδίαν : *correxi ex H* 7 Φραγγίαν : *correxi ex H* 10 Χαλδίαν 11 ἀπολίαν 12 ὄσφην : ὄσφρην m^2 13 μέσην *add.* m^2 14 σιρείαν : *correxi ex H* 17 τρωγλωδικτικήν 18 μυρούς 18 ἰσχύδας 19 μαυριτιανούς 19 ἰταλάς 20 κομανούς : *correxi ex H* 21 ἔδρας 23 κριτούς 25 γερουσίαν : *correxi ex H* 26 πολλύφημον : *videntur dici Athenae* cf. *H* Αἰγαῖον πέλαγος καὶ οἱ περιοικοῦντες 27 ὀχλώσεις.

*ὁ Ὑδροχόος περιέχει Αἴγυπτον Γερμανικὴν Ἀραβίαν Σογδιανὴν Ὀξιανὴν καὶ τὰ παραπλήσια· μέρη σώματος· σκέλη κνήμας νεῦρα· ὑδροκοπικοὺς ποιεῖ ἀρθριτικοὺς μανώδεις τραυματικοὺς ἐλεφαντωμένους ἰκτερικοὺς μελαγχόλους καὶ πηροὺς**).

---

1 *σουγδαίαν* 2 *ληνεξίαν*: *ὀξιανή H, λην ex τὴν natum videtur* 3 *ὑδροκοπικούς* 3 *ἀρθρητικούς* 4 *ἐλεφαντιῶντας?*

*) *λείπει add. m*^{1}: nam desunt quae de Piscibus dicenda erant. Subsecuntur in codice excerpta nonnulla apotelesmatica, dein geographica e Gemistio Plethonte desumpta et grammatica et physiologica. Fol. 1 inscriptum est: 'descriptus ex antiquo exemplari et recognitus a Zacharia graeco impensa cor. uno 1562'. Saeculo igitur XVI manus secunda correctrix tribuenda est.

Id. Iun. 1883.

E. M.

INDICES.

INDEX CAPITUM.

Pagina

De Eratosthenis qui feruntur Catasterismis 1

De Eratosthenis Erigona 57

Prolegomena 60

Ἠριγόνη 105

Epimetrum 139

Indices 150

INDEX RERUM.

Pagina

Achilles 111
„ Catasterismis usus . . 4
Aegyptiorum de Sirio fabulae . 36
Aeschyli Agamemno 125
Aetna 85
Ampelius 79
Antinous sidereus 32
Antoninus Liberalis XL . . . 127
Aratus; in Catasterismis excerptus 23. 24
„ interpres s. I—II p. Chr. n. 13. 44. 139
„ isagoga 12. 47
„ recensio Planudea 4. 37. 39
„ scholia Marciana; codex 17
„ „ „ v. 83 17
„ „ „ v. 87 35
„ „ „ v. 233 36
„ „ „ v. 455 24
„ „ „ v. 754 18
„ „ Parisina. . . 37. 46
„ v. 24 11
„ v. 63 . . . 19. 38. 43. 44
„ v. 137 109
„ v. 233 36
„ v. 254 51
„ v. 541 48
„ v. 880 48
„ v. 1093 48
„ vita Ambrosiana . . . 38

Pagina

Aratus: vita Matritensis . . . 37
Asclepiades Myrleanus . . . 33. 53
Ascolia 113
Astronomorum cod. Ambros. . 38. 44
Atargatis 86
Athenaeus II 40^{b} 115
Ausonius ep. XXXI 90

Bacchi per Africam expeditio . 136
Britomartis 127

Callimachi Linus 127
Catasterismi; codices 3. 139
„ ordo 29
„ origo 8
„ propagatio . . 4. 139
„ tempus 33
„ titulus 3
„ p. 56 *Rob.* . . . 26
„ p. 58 8
„ p. 120 25
„ p. 124 28
„ p. 134 . . . . 15. 49
„ p. 192 23
Cercidas 90
Cinaetho 132
comoediae origo 115
Cosmas Catasterismis usus . 4. 83
„ a Nonno exscriptus . . 7
Ctesias 86

Pagina

Dulorestes 133

Empedocles pseudepigraphus . . 140
enchiridium mythologicum . . . 54
„ astronomicum . . . 139
Eratosthenis 'Catalogi' . . 59. 83
„ Mercurius 59. 130. 139
Erigonae tragoediae 133
Etym. Magn. s. v. *αὐροσχάς* 92. 120
„ „ scholiis Arateis auctum 53
Euclidis cod. Oxoniensis . . . 40
Eudemus 31
Eudoxus . . . . . 10. 12s.

Germanicus 55
„ scholia Arateis aucta 53
„ „ apud Ampelium 79
„ „ emendantur . 81
„ „ explicantur . 81

Hegesianax 91. 104
Hellanicus 134
Hephaestio astrologus 140
Hermippus Berytius 81
„ Callimacheus . . . 54
Hesychius s. v. *ἄγρηνον* . . 116
Hipparchus; codices 10. 42
„ pseudepigraphus 47. 140
„ stellarum index . 14. 30
„ veritas 13
„ p. 174 13
„ p. 181 18
„ p. 184 20
Homeri scholia; Arateis aucta 45. 49. 54
„ „ Σ 486 125
„ „ subscriptiones 50. 59 126
Hyginus; Fab. 122 133
„ „ 130 82
„ Astron. scholiis Arateis usus 43. 53

Pagina

Hyginus; compilandi ratio . . 44
„ explicatur . . . 9. 12. 28

Ὑποθέσεις 68s. 96
Icariae situs 105
Ἰκάριον ὄρος 81. 105. 119
Ἰκάριος 60. 105. 119
Ἴκαρος 85. 105
Ἰκαριώνη 92. 105
Ister 86

Lactantius 88
Lampriae index Plut. 37
Leo Pellaeus 136
Leontius 33. 45
„ codices 34. 49
Lucianus 90
„ scholia 138
Lycophro explicatur 125
„ ab Ovidio lectus . . 125

Maera 124
Manilius 84. 89. 132
Martialis 118
Maximus philosophus 93
Melanippides 138
Mero 129
Mythographus Vat. 64

Nereides Hesiodi 130
„ Homeri 130
Nicander in Catasterismis citatus 53
Nicetas 17. 34
Nigidius 54. 68. 79
Nonnus 94. 96. 129
„ imitatio Alexandrina . . 99
„ „ Aratea 100
„ „ Homerica . . . 99
Nux 89

Ovidius 89. 108. 120. 125
„ schol. in Ibin . . . 60. 138